νας συμβέλους παρέλαβες, καὶ πόνων ὠφελίμων ἀπείθησας. ἔρχου δὲ ὅτι τὸ μαντεύεσθαι, καθάπερ λέγει Σωκράτης, ἐφ' ὧν ἡ πᾶσα σκέψις ἐστὶν ἀναφορὰν εἰς τὸ ἔκβασιν ἔχει καὶ ὅτε ἐκ λόγου, ὅτε ἐκ τέχνης τινὸς ἄλλης ἀφορμὰς δίδονται σῴζειν τὸ σωιζεῖν τὸ προκείμενον. ὥστε ὅταν δέῃ συγκινδυνεῦσαι φίλῳ, ἢ πατρίδι, μὴ μαντεύεσθαι, εἰ συγκινδυνευτέον. καὶ γὰρ ἂν προσέλθῃ σοι ὁ μάντις, φανεὶς γεγονέναι τὰ ἱερά, δῆλον ὅτι ὁ θάνατος σημαίνεται, ἢ πήρωσις μέρους τοῦ σώματος, ἢ φυγή. ἀλλ' ἔστι λόγος, καὶ σοὶ τούτοις παρεσκεύασται, τῷ φίλῳ καὶ πατρίδι συγκινδυνεύειν. τοιγαροῦν τῷ μείζονι μάντει πρόσεχε τῷ Πυθίῳ, ὃς ἐξέβαλε τοῦ ναοῦ τὸν ἀβοηθήσαντα ἀναιρουμένῳ τῷ φίλῳ.

μ'. [λδ'.]

ΤΑχὺ τινὰ ἤδη χαρακτῆρα σαυτῷ, καὶ τύπον ὃν φυλάξῃς ὅταν τε σεαυτοῦ ὦν καὶ ἀνθρώποις ἐντυγχάνων.

μα'.

ΚΑὶ σεαυτὸν τὸ πολὺ ἔασον, ἢ λαλεῖσθαι τὰ ἀναγκαῖα, καὶ ἐν ὀλίγοις. ἀπανίσως δέ ποτε, καιρὸν ὠφελοῦντος, ὅτι τὸ λέγειν τι ἔξομαι· ἀλλὰ περὶ ἀθλητῶν τυχόντων· μὴ περὶ μονομάχων, μηδὲ ἱπποδρομιῶν, μὴ περὶ ἀθλητῶν, μὴ περὶ βρωμάτων, ἢ ποτμάτων, τῶν ἐναγχος ὄν λόγο-

inde, ſi quid conſilii datum fuerit, memento, quos in conſilium adhibueris: & quorum, niſi parueris, auctoritatem ſis neglecturus. Sic autem ad oraculum accipiendum accedito, quemadmodum Socrati placebat, iis videlicet de rebus, quarum tota conſideratio refertur ad eventum, & in quibus nec ex oratione, nec ex arte aliæ ſuppetunt occaſiones, ad id quod propoſitum eſt conſiderandum. Cum igitur vel amicus vel patria cum periculo defendenda erit, noli conſulere vatem, ſintne defendendi? Nam ſi tibi vates prædixerit, exta infauſta eſſe: mortem ſignificari conſtat, aut alicujus membri truncationem, aut exilium. Sed ratio tamen ſubeſt, & cum his illud etiam conjungitur: una cum amico & patria periculum eſſe adeundum. Quamobrem ad majorem venito vatem Pythium: qui templo ejecit eum, qui amico in vitæ periculo non ſuccurriſſet.

CAP. XL. [Cap 34.]

PRæſcribe jam tibi formam quandam, & legem quam cuſtodias: quamque & ipſe tecum, & in congreſſibus hominum obſerves.

CAP. XLI.

AC majori quidem ex parte ſilentium præſtetur: aut neceſſaria dicantur, eaque paucis. Raro autem, cum ſe obtulerit occaſio, ad dicendum veniemus: ſed non quidvis dicemus: non de gladiatoribus, non de ludis Circenſibus, non de pugilibus, non de cibis aut potionibus; quæ res paſſim inculcantur. In primis autem

ne

ne homines vituperemus, vel laudemus, vel comparemus, caveatur.

CAP. XLII. [Cap. 35.]

QUod si potes, familiarium tuorum sermones tuis sermonibus, eo, quo decet, traducito. Sin à peregrinis circumventus fueris, taceto.

CAP. XLIII. [Cap 36.]

RIsus ne sit multus, nec ob multa, nec effusus.

CAP. XLIV. [Cap. 37.]

IUsjurandum recusa, si fieri potest, omnino: sin minus, quantum potes.

CAP. XLV. [Cap. 38.]

CONvivia externa & popularia devita. Sed si quando tulerit occasio, animadversio excitetur, ne forte in vulgarem consuetudinem prolabaris. Scito enim, si sodalis pollutus fuerit, eum etiam, quem is attigerit, necessario pollui, etsi purus ipse fuerit.

CAP. XLVI. [Cap. 39.]

QUæ corpori serviunt, eatenus adhibeantur, quatenus animo sunt usui: veluti cibi, potus, amictus, ædes, servitium. Quicquid autem ad ostentationem aut delicias attinet, repudiato.

CAP. XLVII. [Cap. 40.]

ARe venerea, quantum fieri potest, ante nuptias purus esto: Sin attigeris, ea legitime utendum. Ne tamen iniquus sis iis, qui illa utuntur, neque eos arguas: neque passim jactes te ea non uti.

λεγομένων· μάλιστα δὲ μὴ πρὸς ἀνθρώπων, ψέγοντες, ἢ ἐπαινοῦντες, ἢ συγκρίνοντες.

μϚ'. [λε'.]

ΑΝ μὲν ἔν οἴδός τε ἦς, μέταγε τοῖς σοις λόγοις τὰς τῶ σωόντων ὀδὸ τὸ πρόσωπον· εἰ δὲ ἐν ἀλλοφύλοις ὑπολειφθεὶς τύχοις, σώπα.

μγ'. [λς'.]

ΓΕλως μὴ πολὺς ἔστω, μηδὲ ὀπὶ πολλοῖς, μηδὲ ἀτειμένος.

μδ'. [λζ'.]

ΟΡκον παραίτησαι, εἰ μὲ οἷόν τε, εἰς ἅπαν· εἰ δὲ μή, ἐκ τῆ ἐνόντων.

με'. [λη'.]

ΕΣπάσεις τὰς ἔξω κὴ ἰδιωτικὰς ἀκροάσεις. ἐὰν δέ ποτε χρύπτη καιρὸς, ἐντεταθῶ σοι ἡ πρόσοχὴ, μήποτε ἄρα ὑποδρᾶς εἰς ἰδιωτισμόν. ἴσθι γὸ, ὅτι, ἐὰν ὁ ἑταῖρος ἢ μεμολυσμένος, καὶ τὸ συναπτεσθόμενον αὐτῶ μολύνεσθαι ἀναγκαῖον, κἂν αὐτὸς ὢν τύχῃ καθαρός.

μς'. [λθ'.]

ΤΑ περὶ τὸ σῶμα μέχρι τῆς χρείας ψυχῆς θεραπεύειν, οἷ ποφὰς, πόμα, ἀμπεχόνην, οἰκίαν, οἰκετίαν. τὸ δὲ πρὸς δόξαν, ἢ πρυφὴν, ἅπαν περίεργον.

μζ'. [μ'.]

ΠΕρὶ ἀφροδίσια εἰς δύναμιν πρὸ γάμε καθαρεύτεον· ἀπονοσφίσθω δὲ, ὡς νόμιμόν ὄτι, μεταληπτέον. μὴ μέντοι ἐπαχθὴς γίνου τοῖς χρωμένοις, μηδὲ ἐλεγκτικός· μηδὲ πλαχῦ τὸ, ὅπ αὐτὸς ὐ χρῇ, παρέφερε.

μη'. (μα'.)

ΕΑν τίς σοι ἀπαξείλῃ, ὅπ ὁ θεῖνά σε κακῶς λέγει, μὴ ἀπολογῦ πρὸς τὰ λεχθέντα· ἀλλ' ἀποκρίνε, ὅπ, ἠγνόει γὸ τὰ ἄλλα προσόντα μοι κακά, ἐπεὶ κὰ αὖ ταῦτα μόνα ἔλιγε.

μθ'. (μβ'.)

ΕΙς τὰ θέατρα τὸ πολὺ παρίεναι κὰ ἀναλκαῖον. ἐὰ δέ ποτε καιρὸς εἴη, μηδενὶ σπουδάζων φαίνε ἢ σωτῆρ· τοτέοι, θέλε γίνεσθαι μόνα τὰ γενόμενα, κὴ νικᾶν μόνον τ νικῶντα· ὕτω γὸ κὰ ἐμποδισθήσῃ. βοᾶς δὲ κὴ τ ὀπηνικᾶν τινι ἢ ὀπηνικοῦν ὀπικινεῖσθαι, παντελῶς ἀπέχε. κὴ μὴ τὸ ἀπαλλαγῆναι, μὴ πολλὰ ἀεὶ τῆς γνωμῶν διαλέγε, ὅσα μὴ φέρ πρὸς τ σὴν ἐπανόρθωσιν· ἐμφαίνεται γὸ ἐκ τ τοιέτε, ὅτι ἐθαύμασας τ θέαν.

ν'. (μγ'.)

ΕΙ ἀκροάτεις τινῶν μὴ ἦκε, μηδ' ἐξαίφνης πάρειθι. παρὼν δέ, τὸ σεμνὸν, κὴ σύσταθες, κὴ ἅμα ἀνεπαχθὲς φύλαττε.

να'. (μδ'.)

Οταν τινὶ μέλλεις συμβάλλειν, κὴ μάλισα σαυτῷ ἐν ὑποχῇ δοκόντων, πρόβαλε σαυτῷ, τί ἂν ἐποίησεν ἐν τέτῳ Σωκράτης ἢ Ζήνων· κὴ οἱ ὑπρέπειες τ χρήσεσθαι προσηκόντως τῷ ἐμπεσόντι.

νβ'. (με'.)

Οταν φοιτᾷς πρός τινα σφόδρα μεγαλέων, πρόβαλλε, ὅτι οὐχ εὑρήσεις αὐτὸν ἔνδον, ὅτι ἀπεκλείσθη, ὅτι ἐκλιναχθήσονταί σοι αἱ θύραι, ὅτι ὁ φρονλίσει σε· κἂν σὺ τέτοις ἐλθεῖν

CAP. XLVIII. [Cap. 41.]

SI quis nuntiarit, quendam tibi maledicere: ne refuta quæ dicta sunt, sed responde, Eum nescisse cætera tua vitia, nam alioqui non illa sola fuisse dicturum.

CAP. XLIX. [Cap. 42.]

THeatra frequentare non est necesse: sed si quando tempus tulerit, te nulli nisi tibi ipsi studere appareat: hoc est, ea duntaxat fieri velis, quæ fiunt: & eum solum vincere, qui vincit. Sic enim non impedieris. Clamore autem, aut irrisione, aut longiore commotione, penitus abstineto. Ac post discessum ne multum de iis, quæ acciderunt, disputa, cum nihil ad tui correctionem faciant. Alioqui ex hoc apparebit, te spectaculum esse admiratum.

CAP. L. [Cap. 43.]

AD recitationes ne veni, neque facile accede. Sin accesseris, gravitatem & constantiam tuere: & id una cave, ne cui sis molestus.

CAP. LI. [Cap. 44.]

CUm aliquid negotii tibi futurum est, cum aliquo, ex proceribus præsertim, ipse tibi proponito, quid in ea re facturus fuisset Socrates, aut Zenon. Ita fiet, ut te ratio non deficiat, qua id quod objectum fuerit, rite administres.

CAP. LII. [Cap. 45.]

CUm ad magnatum aliquem iturus eris proponito tibi, fore ut eum domi non invenias, ut incluſus sit, ut occludantur tibi fores, ut ille te negligat. Quod si hoc rerum statu venire decuerit, ea feras

quæ fiunt: neque ipſe unquam tecum dicas, non fuiſſe tanti. Id enim plebeium eſt, & ejus qui res externas calumnietur.

CAP. LIII. [Cap. 46.]

IN familiaribus congreſſibus abſit facinorum aut periculorum tuorum prolixa & immodica commemoratio. Nec enim, ut tibi jucundum eſt tuorum certaminum meminiſſe, ſic & aliis ſuave eſt, ea quæ tibi acciderunt, audire.

CAP. LIV.

ABſit illud etiam, ne riſum moveas. Nam is ejuſmodi locus eſt, è quo proclivis ſit in plebeium morem lapſus: eamque vim habet, ut tui obſervantiam facile apud familiares diminuat.

CAP. LV.

PEriculoſum eſt etiam, ad orationis obſcœnitatem progredi. Cum igitur tale quippiam inciderit: aut (ſi feret opportunitas) objurgabis eum qui ſermonem illum injecerit: aut taciturnitate ſaltem, & rubore vultuque oſtendes, eam orationem tibi diſplicuiſſe.

CAP. LVI. [Cap. 47.]

SI voluptatis alicujus imaginem animo conceperis, ut in aliis, ſic & hîc moderare tibi, ne ab ea movearis: ſed & rem examina, & tibi ipſe deliberandi præbe ſpatium. Deinde utriuſque temporis memento, tum ejus quo voluptate perfrueris, tum ejus quo percepta jam voluptate dolebis, teque ipſe objurgabis: atque his illa confer; ſi abſtinueris, fore ut gaudeas, teque ipſe col-

θεῖν καθήκει, φέρε τὰ γινόμενα, καὶ μηδέποτε εἴπῃς αὐτὸς πρὸς σεαυτὸν, ὅτι οὐκ ἦν τοσοῦτον. ἰδιωτικὸν γάρ, καὶ ἀλησιζόμενον πρὸς τὰ ἐκτός.

νγ'. (μς'.)

ΕΝ τοῖς ὁμιλίαις ἀπέχου τοῦ τινὰ σφᾶς ἑαυτοῦ ἔργων ἢ κινδύνων ὅτι πολὺ καὶ ἀμείτους μεμνῆσθαι. ὃ γὰρ ὡς σοὶ ἡδὺ ὅτι τὸ σῶν κινδύνων μεμνῆσθαι, οὕτω καὶ τοῖς ἄλλοις ἡδὺ ὅτι τὸ σῶν σοι συμβεβηκότων ἀκούειν.

νδ'.

ΑΠέχου δὲ καὶ τοῦ γέλωτα κινεῖν. ὀλισθηρὸς γὰρ ὁ τόπος εἰς ἰδιωτισμὸν, καὶ ἅμα ἱκανὸς τὸν ἀέθλιον τοῦτον πρός σε σφᾶς πλησίον ἀνιέναι.

νε'.

ΕΠισφαλὲς δὲ, καὶ τὸ εἰς αἰσχρολογίαν προφθεῖν. ὅταν οὖν τι συμβῇ τοιοῦτον, ἂν μὲν ὦ καιρὸν ᾖ, ὀλίπλεξον τῇ προφθάντι. ἐὰν δὲ μὴ, τῇ γε ὑποσιωπήσει, καὶ ἐνυβελάσει, καὶ σκυθρωπήσει, δῆλος γίνῃ δυσχεραίνων τῷ λόγῳ.

νς'. (μζ'.)

ΕΑν ἡδονῆς τινος φαντασίαν λάβῃς, καθάπερ ὀφὶ τῶν ἄλλων, φύλαξαι σεαυτὸν, μὴ συναρπασθῇς ὑπ' αὐτῆς. ἀλλ' ἐκδεξάσθω σε τὸ πρᾶγμα, καὶ ἀναβολὴν τινα ἑαυτῷ σεαυτὸς λάβε. ἔπειτα μνήσθητι ἀμφοτέρων τὸν χρόνον, καθ' ὃν τε ἀπολαύσεις τῆς ἡδονῆς, καὶ καθ' ὃν ἀπολαύσας, ὕστερον μεταμεληθήσεις, καὶ αὐτὸς σεαυτῷ λοιδορήσῃ· καὶ τούτοις ἀντίθες, ὅπως ὑποχόμενος χαιρήσεις, καὶ ὑπανε-

σεις αὐτὸς σαυτόν. ἐὰν δέ σοι καιρὸς φανῇ ἄφασθαι τοῦ ἔργου, πρόσεχε μὴ νικήσῃ σε τὸ πρόσωπον αὐτοῦ, καὶ ἡδύ, καὶ ἐπάγωγον· ἀλλ' ἀγωνίσθαι, πόσῳ ἄμεινον τὸ σωφρονεῖν σαυτῷ, ταύτῃ τε νίκων γινήκοπ.

νξ'. [μζ'.]

ΟΤαν π', ἀφορμὰς ὅπ ποιητέον ὦσι, ποιῇς, μηδέποτε φύγῃς ὀφθῆναι περίαυτῶ, κᾆν ἀλλοῖόν τι οἱ πολλοὶ μέλλωσι περὶ αὐτοῦ ὑπολαμβάνειν. εἰ μὲν γὰρ ὀρθῶς ποιεῖς, αὐτὸ τὸ ἔργον φεῦγε. εἰ δὲ ὀρθῶς, τί φοβῇ τὸς ὀπιπλήξονπας ὡς ὀρθῶς;

νη'. [μθ'.]

ΩΣ τὸ, ἡμέρα ὦσι, καὶ, νύξ ὦσι, πρὸς μὲν τὸ διῆζδιγμένον μεγάλω ἔχει ἀξίαν, πρὸς δὲ τὸ συμπεπλεγμένον ἢ συνημμένον ἀπαξίαν· ὕπω καὶ τῆς περκειμένων τὰ μείζονα ἐλεῖν, πρὸς μὲν τὸ σῶμα μεγάλω ἔχει ἀξίαν. ὕπω καὶ τὸ κοινὸν ἐν ἑστάσει, ὃ δεῖ, μὴ φυλάσσειν, ἀπαξίαν ἔχει. ὅταν ἓν συνεδήσ ἑτέρῳ, μέμνησο, ὡ μόνον πρὸς τὸ σῶμα ἀξίαν τῆς παρακειμένων ὁρᾶν, ἀλλὰ καὶ τὰ πρὸς τὰ ἑστάτορα, οἷαν δεῖ φυλαχθῆναι.

νθ'. [ν'.]

ΑΝ ὑφ' ἡνίαμεν ἀναλάβῃς τι πρόσωπον, καὶ ἐν τούτῳ ἐχημιώθησας, καὶ ὃ ἡδύασο ἐκπληρῶσαι, παρέλιπες.

EN

collaudes. Quod ſi tibi ſuſcipiendæ rei videbitur eſſe tempus, cave, ne te vincant ejus blanditiæ, & ſuavitates, & illecebræ: ſed illud oppone, quanto præſtantior ſit talis victoriæ conſcientia.

CAP. LVII. [Cap. 48.]

CUm facis aliquid, quod faciendum eſſe ſtatuiſti, nunquam recuſes inter id agendum conſpici: tametſi futurum eſt, ut vulgus de eo ſecus judicet. Nam ſi perperam facis, rem ipſam fuge. Sin recte, quid eos vereris qui non recte reprehendunt?

CAP. LVIII. [Cap. 49.]

UT hoc pronunciatum, Dies eſt, &, Nox eſt, magnam habet in ſejunctione vim, in conjunctione vero prorſus nihil valet: ſic maxima quæque ex iis quæ appoſita ſunt, arripere, reſpectu corporis, magni eſt momenti. Ita ſi communitas convivii ſpectetur, magnum habebit, niſi caveris, dedecus. Cum igitur conviva es alicujus; memento, non ſolum eorum quæ appoſita ſunt pretium, quod ad corpus attinet, conſiderandum eſſe: ſed & eam quæ convivatori debetur, reverentiam eſſe conſervandam.

CAP. LIX. [Cap. 50.]

SI quam perſonam, quæ vires tuas ſuperat, indueris: tum eam indecore geres; tum eam, quam ſuſtinere poſſes, negliges.

Quem-

CAP. LX. [Cap. 51.]

QUemadmodum in ambulando caves ne clavum calces, pedemve distorqueas: sic in degenda vita cave, ne gubernatricem actionum mentem tuam lædas. Quod si in re unaquaque observabimus, omnia cautius aggrediemur.

CAP. LXI.

MOdus pecuniæ corpus est unicuique, ut calcei pes. Si igitur in eo institeris, modum servabis: sin præterieris, jam veluti per præceps te ferri necesse erit. Ut & in calceo, si ultra pedem progressus fueris, fit auratus calceus, deinde purpureus, deinde interpunctus. Ejus enim, quod semel transierit modum, nullus est terminus.

CAP. LXII [Cap. 52.]

MUlieres statim ab anno decimoquarto à viris dominæ vocantur. Proinde cum vident, se nihil aliud habere muneris, nisi ut cum viris concumbant comere se incipiunt, atque in ornatu spem collocant omnem. Quare operæ pretium est, dare operam, ut sentiant, sibi non ob aliud honorem habere, nisi quod & modestas se præbeant, & verecundas, cum temperantia.

CAP. LXIII. [Cap. 53.]

HEbetis ingenii signum est, in rebus corporis immorari: velut, exerceri diu, edere diu, potare diu, cacare diu, coire diu. Nam hæc quidem facienda sunt obiter: cura autem omnis ad animum est transferenda.

Cum

ξ'. [να'.]

ΕΝ τῇ πείρᾳ, καθάπερ περισέχεις μὴ ὀπτῆς ἦλῳ, ἢ στρέβλης τὸ πόδα· ὕπω περόσεχε, μὴ τὸ ἡγεμονικὸν βλάβῃς τὸ σεαυτῦ· καὶ τῦτ' ἂν ἐφ' ἑκάστῳ ἔργῳ προφυλάττωμεν, ἀσφαλέστερον ἀφορμῶμεθα τ ἔργα.

ξα'.

ΜΕτρον κλήσεως τὸ σῶμα ἑκάστῳ, ὡς ὁ πὸς ὑποδήματος. ἂν μὲ ἦν ὅτι τάττ σῇς, φυλάξεις τὸ μέτρον· ἐὰν δὲ ὑπερβῇς, ὡς χρυσῦν λοιπὸν ἀνάγκη σε φέρεσθαι. καθάπερ κὴ ὅτι τ ὑποδήματος, ἐὰν ὑπὲρ τ πόδα ὑπερβῇς, γίγνεται κατάχρυσον ὑπόδημα, εἶτα πορφυρῦν, εἶτα κεντητόν. τ γὰρ ἅπαξ ὑπὲρ τὸ μέτρον ὅρος ἀφίησ ὄζιν.

ξβ'. [νβ'.]

ΑΙ γυναῖκες εὐθὺς ὑπὸ τεσσαρεσκαίδεκα ἐτῶν ὑπὸ τ ἀνδρῶν κύειαι καλοῦνται. τοιγαροῦν ὁρῶσαι, ὅτι ἄλλο μὲ ἀδὲν αὐταῖς πρόσεισι, μόνον ὃ συγκοιμᾶσθαι τοῖς ἀνδράσιν, ἄρχοντα καλλωπίζεσθαι, κὴ ἐν τέτῳ πάσας ἔχειν τὰς ἐλπίδας. περισέχειν ὧν ἄξιον ἵνα ἀίδωνται, διότι ἐπ' ἀδενὶ ἄλλῳ πεμῶνται, ἢ τὸ κόσμιαι φαίνεσθαι, κὴ αἰδήμονες, ἐν σωφροσύνῃ.

ξγ'. [νγ'.]

ΑΦυΐας σημεῖον, τὸ ἐνδιατρίβειν τοῖς περὶ τὸ σῶμα, οἷον, ὅτι πολὺ γυμνάζεσθαι, ὅτι πολὺ ἐσθίειν, ὅτι πολὺ πίνειν, ὅτι πολὺ κοπιᾶν, ὀχεύειν. ἀλλὰ τῦτα μὲ ἐν παρέργῳ ποιητέον· περὶ δὲ τ γνώμην ἡ πᾶσα ἔστω ἐπιστροφή.

Οταν

ξδ'.

Ὅταν τίς σε κακῶς τι ποιῇ, ἢ κακῶς σε λέγῃ, μέμνησο, ὅτι καθήκειν αὐτῷ οἰόμενος, ποιεῖ, ἢ λέγει. οὐχ οἷόν τε οὖν ἐστὶν ἀκολουθεῖν αὐτὸν τῇ σοι φαινομένῳ, ἀλλὰ τῇ ἑαυτοῦ. ὥστε, εἰ κακῶς αὐτῷ φαίνεται, ἐκεῖνον βλάπτεται, ὥστε καὶ ἐξαπάτηται. καὶ γὰρ τὸ ἀληθὲς συμπεπλεγμένον ἄν τις ὑπολάβῃ ψεύδει, ἢ τὸ συμπεπλεγμένον βέβλαπται, ἀλλ' ὁ ἐξαπατηθείς. ἀπὸ τούτων οὖν ὁρμώμενον, φαίνου πρὸς τὰ λοιδορούμενα. ἐπιφθέγγου γὰρ ἐφ' ἑκάστῳ, ὅτι, ἔδοξεν αὐτῷ.

ξε'. (νδ'.)

Παν παράγμα δύο ἔχει λαβάς, τὴν μὲν φορητόν, τὴν δὲ ἀφόρητον. ὁ ἂν ἀδελφός σου ἀδικῇ, ἐντεῦθεν αὐτὸ μὴ λαμβάνῃς, ὅτι ἀδικεῖ. αὕτη γὰρ ἡ λαβὴ οὐκ αὐτοῦ ἐστὶ φορητή· ἀλλὰ ἐκεῖθεν μᾶλλον, ὅτι ἀδελφός, ὅτι συντροφος· καὶ λήψῃ αὐτό, καθ' ὃ φορητόν ἐστιν.

ξς'. (νε'.)

Οἱ τοι οἱ λόγοι ἀσυλλόγιστοι, ἐγώ σε πλησιάστερός εἰμι, ἐγώ σε ἆρα χρείαν· ἐγώ σε λογικώτερον, ἐγώ σε ἆρα χρείαν. ἐκεῖνοι δὲ μᾶλλον συλλογιστικοί· ἐγώ σε πλησιάστερός εἰμι, ἢ ἐμὴ ἆρα κλῆσις τῆς σῆς χρείαν· ἐγώ σε λογικώτερον, ἢ ἐμὴ ἆρα λέξις τῆς σῆς χρείαν. σὺ δέ γε οὔτε κλῆσις εἶ, οὔτε λέξις.

ξζ'. (νς'.)

Λούεταί τις ταχέως; μὴ εἴπῃς, ὅτι κακῶς, ἀλλ' ὅτι ταχέως. πίνει τις πολὺν οἶνον; μὴ εἴπῃς, ὅτι κακῶς, ἀλλ' ὅτι πολύν. πρὶν γὰρ

CAP. LXIV.

CUm tibi quiſpiam vel malefecerit, vel maledixerit, memento, eum opinatum eſſe, id ex officio ſibi fuiſſe faciendum, & dicendum. Neque vero fieri poteſt, ut id ſequatur ille quod tibi videtur, ſed id quod ſibi. Quod ſi male judicat, is damnum facit qui decipitur. Nam involutam veritatem ſi quis mendacium judicet, non ea involuta læditur, ſed ille qui deceptus fuerit. Sic igitur inſtructus, æquo feres animo conviciatorem. Nam ad ſingula dices, Ita viſum eſt illi.

CAP. LXV. [Cap. 54]

UNaquæque res duas habet anſas: unam tolerabilem, alteram intolerabilem. Ergo, ſi frater injuriam fecerit, non eam prehende quâ facit injuriam: ea enim ejus anſa non eſt tolerabilis. Sed illinc potius: eſſe fratrem, eſſe una educatum. Sic prehendes rem qua eſt tolerabilis.

CAP. LXVI. [Cap 55.]

ORationes hæ non cohærent: Ego ſum te locupletior, ergo ſum te melior: Ego ſum te eloquentior, ergo ſum te melior. At illæ magis cohærent: Ego ſum te ditior, mea ergo pecunia tuæ præſtat. Ego ſum te eloquentior, mea ergo dictio tuæ præſtat. Tu vero nec pecuniaes, nec dictio.

CAP. LXVII. [Cap. 56.]

LAvat quiſpiam cito? ne dicas laviſſe male, ſed cito. Bibit quiſpiam multum vini? ne dicas bibiſſe male, ſed multum.

tum. Priuſquam enim id decretum dijudicaris, unde ſcis an male? Sic uſu tibi veniet, ut alia viſa certo comprehenſa habeas, aliis aſſentiaris.

CAP. LXVIII. [Cap. 57.]

NUſquam te philoſophum profitearis: nec apud imperitos multum diſputes de præceptis: velut in convivio ne dic, quo pacto ſit edendum, ſed ede ut decet: ac memento, etiam Socratem ſic undecunque ſuſtuliſſe oſtentationem. Conveniebatur ab illis, qui ſe ab eo commendari vellent philoſophis: atque ipſe deducebat eos. Adeo leniter ferebat neglectum ſui.

CAP. LXIX.

ITaque ſi apud imperitos de præcepto aliquo ſermo inciderit, maxima ex parte taceto. Magni enim periculi eſt, ſtatim evomere quod non concoxeris. Quod ſi quis dixerit, te nihil ſcire, tuque commotus non fueris: tum ſcito, rem eſſe inchoatam. Nam & oves non fœnum opilionibus ferunt, neque demonſtrant quantum comederint: ſed paſtu intra ſe concocto, extra ferunt lanam & lac. Et tu igitur ne præcepta oſtendas imperitis, ſed opera, quæ præceptorum concoctionem ſequuntur.

CAP. LXX. [Cap. 58.]

SI corpus frugaliter curare didiciſti, ne ob id tibi placeas: nec, ſi aquam potas, ad quamvis occaſionem te potare aquam dictita. Quod ſi quando ad laborem te vis exercere, in tuum, non in exterorum uſum, ne ſtatuas amplectere: ſed ſi quando vehe-

τὸ λέγεσθαι τὸ δόγμα, πόθεν οἶδα εἰ καλῶς; ὅπως δὲ συμβήσεταί σοι, ἄλλας μὲ φαντασίας καταληπτικὰς καταλαμβάνειν, ἄλλας δὲ συγκατατίθεσθαι.

ξη'. (νζ'.)

Μὴ ἁμῶς σαυτὸν εἴπῃς φιλόσοφον, μηδὲ λάλει τὸ πολὺ ἐν ἰδιώταις περὶ φιλοσοφημάτων. ὅρα ἐν συμποσίῳ μὴ λέγῃς πῶς δεῖ ἐσθίειν, ἀλλὰ ἔσθιε ὡς δεῖ· μέμνησο γὰρ ὅτι ὅπως ἀφορμὴς πανταχόθεν Σωκράτης τὸ ὁπηδεικλικόν. ἤρχοντο πρὸς αὐτὸν, βουλόμενοι φιλοσόφοις ὡς αὐτῷ συναυλίζεσθαι, καὶ εἰς αὐτοὺς ἀπῄει αὐτός. ὅπως ἰδιώτης ἔχετο παρορώμενος.

ξθ'.

Ὥστε καὶν ποτὲ θεωρήματός τινος ἐν ἰδιώταις ἐμπίπτῃ λόγος, σιώπα τὸ πολὺ μέγας γὰρ ὁ κίνδυνος εὐθὺς ἐξεμέσαι ὃ καὶ ἔπεψας. καὶ ὅταν εἴπῃ σοι τὶς, ὅτι οὐδὲν οἶδα, καὶ σὺ μὴ δηλοῦς, τότε ἴδῃ, ὅτι ἄρχεις τοῦ ἔργου. ἐπεὶ καὶ τὰ πρόβατα οὐ χόρτον φέροντα τοῖς ποιμέσιν ὁπηδεικνύει πόσον ἔφαγε· ἀλλὰ πέπωκε μὲν ἔνδον πίναντα, ἔσιον ἔξω φέρει, καὶ γάλα. καὶ σὺ τοίνυν μὴ τὰ θεωρήματα τοῖς ἰδιώταις ὁπηδείκνυε, ἀλλ' αὐτῶν πιφθέντων τὰ ἔργα.

ο'. (νη'.)

Ὅταν ἐντελῶς ἠρμοσμένος ᾖς καὶ τὸ σῶμα, μὴ καλλωπίζου ὅτι πίνω μηδὲ ἂν ὕδωρ πίνῃς ἐκ παντὸς ἀφορμὰς λέγε, ὅτι ὕδωρ πίνεις. καὶν ἀσκῆταί ποτε πρὸς πόνον θέλεις, σεαυτῷ καὶ μὴ τοῖς ἔξω μὴ τοὺς ἀνδριάντας θεραπεύσανε.

ἀλλὰ δι' ὧν ποτε σφοδρῶς, ὅπως ἂν σου ψυχρῶ ὕ-δατος, καὶ ἔκπυσον, καὶ μηδενὶ εἴπῃς.

οα'. (νθ'.)

ΔΙὰ τοῦτο σάσις καὶ χαρακτήρ· ἀλέποτε ἐξ ἑαυτῆς προσδοκᾷ ὠφέλειαν ἢ βλάβην, ἀλλ' ἀπὸ τῶν ἔξω. φιλόσοφος σάσις καὶ χαρακτήρ· πᾶσαν ὠφέλειαν καὶ βλάβην ἐξ ἑαυτοῦ προσδοκᾷ.

οβ'. [ξ'.]

ΣΗμεῖα προκόπτοντος· ἀδένα ψέγει, ἀδένα ἐπαινεῖ, ἀδένα μέμφεται, ἀδενὶ ἐγκαλεῖ, ἀδὲν περὶ ἑαυτοῦ λέγει, ὡς ὄντος τινὸς, ἢ εἰσβόπτεται. ὅταν ἐμποδισθῇ τι, ἢ κωλυθῇ, ἑαυτῷ ἐγκαλεῖ. καὶν τις αὐτὸν ἐπαινῇ, καταγελᾷ τοῦ ἐπαινοῦντος αὐτὸς παρ' ἑαυτῷ· καὶν ψέγῃ, καὶ ἀπολογεῖται· πείθεται δὲ καθάπερ οἱ ἀσθενοῦντες, εὐλαβούμενος τὰ κινοῦντα τὸ καταπονοῦν πρὸν πιθανὸν λαβεῖν. ὄρεξιν ἄπαγε· ἤρκεν ἀφ' ἑαυτοῦ· τὸ δ' ἔκκλισιν εἰς μόνα τὰ παρὰ φύσιν τῶν ἐφ' ἡμῖν μετατεθεικέν. ὁρμὴ πρὸς ἅπαντα ἀνειμένη χρῆται. ἂν δὲ ἰδιώτου, ἢ ἀμαθὴς δοκῇ, ὁ περφύκε. ἐνί τε λόγῳ, ὡς ἐχρὴν ἑαυτὸν φυλάσσει καὶ ὀπίσω.

ογ'. [ξα']

ΟΤαν τις ὀπὶ τῷ νοεῖν καὶ ἐξηγεῖσθαι δύνασθαι τὰ Χρυσίππου βιβλία συμπωτεύειν, λέγε αὐτὸς πρὸς σαυτόν, ὅτι, εἰ μὴ Χρύσιππος ἀσαφῶς ἐγεγράφει, οὐδὲν ἂν εἶχεν οὗτος ἐφ' ᾧ σεμνύνηται. ἐγὼ δὲ τί βούλομαι; καταμαθεῖν τὴν φύσιν, καὶ ταύτῃ ἕπεσθαι. ζητῶ οὖν, τίς ὁ ἐξηγή-

vehementer ſitieris, frigidam hauſtam expuito, ac nemini dicito.

CAP. LXXI. [Cap. 59.]

PLebeii ſtatus & nota eſt, nunquam à ſeipſo vel damnum expectare, vel utilitatem: ſed à rebus externis. Philoſophi ſtatus & expreſſa imago eſt, omnem utilitatem & damnum à ſemetipſo expectare.

CAP. LXXII. [Cap. 60.]

SI proficientis ſunt, neminem reprehendere, neminem laudare, neminem culpare, neminem accuſare: nihil de ſeipſo prædicare, quaſi aliquis ſit, aut aliquid ſciat. Cum in aliqua re impeditus fuerit, aut prohibitus, ſe ipſum accuſat. Si ab aliquo laudatur, ſecum ipſe deridet laudatorem. Si reprehenditur, non defendit ſe, ſed ritu infirmorum circuit, metuens ne ſtatum illum convellat, priuſquam is confirmetur. Omne deſiderium à ſe dependens habet: averſationem ad ea ſola, quæ naturæ eorum repugnant quæ nobis parent, tranſtulit. Appetitione ad omnia remiſſa utitur. Sive ſtolidus ſive indoctus habeatur, non curat. Denique, ut inimicum & inſidiatorem, ſeipſum obſervat.

CAP. LXXIII.

SI quis intelligentia & explicandi facultate librorum Chryſippi gloriatur, ipſe tibi dic: Niſi obſcure ſcripſiſſet Chryſippus, nihil haberet ille quo gloriaretur. Ego vero quid cognoſcere ſtudeo? Naturam, & hanc ſequi. Quæro igitur, quis ſit ejus interpres. Cum audiero, Chryſippum non in-

telligo. Quæro igitur enarratorem. Ac hactenus quidem nihil præclari. Cum autem enarratorem invenero, reliquum eſt, uti præceptis; id quod ſolum præclarum eſt. Sin ipſam enarrationem admiratus fuero, quid aliud niſi Grammaticus philoſophi loco evaſi? eo duntaxat excepto, quod pro Homero Chryſippum enarro. Magis igitur, cum quis à me petierit prælegi ſibi Chryſippum, erubeſco cum facta nequeo ſimilia verbis & conſentanea præſtare.

CAP. LXXIV. [Cap. 62.]

PRopoſita hæc obſerva tanquam leges, iiſque citra piaculum non violandis immorare. Quicquid autem de te dictum fuerit, id ne curato. Id enim non jam tui eſt arbitrii.

CAP. LXXV. [Cap. 63.]

QUouſque tandem differes præſtantiſſima quæque tibi vendicare, & nullatenus diſtinctionem rationis violare? Accepiſti præcepta quæ amplectenda tibi fuerunt, eaque amplexus es. Qualem igitur adhuc doctorem expectas, cujus in adventum, tui correctionem differas? Non jam adoleſcens es, ſed matura ætate vir. Itaque ſi negleXeris & ceſſaris, ac ſubinde moræ moram, propoſito propoſitum adjunxeris, & dies alios poſt alios conſtitueris; non animadvertes, nihil te profeciſſe, ſed hominem plebeium fore tam viventem quam morientem. Nunc igitur viri perfecti & proficientis vitam tibi ſume: ac quicquid tibi viſum

ἐξηγέμενος; καὶ ἀκέσας ὅτι Χρύσιππος, ἔρχομαι πρὸς αὐτόν. ἀλλ' ἃ νοῶ τὰ γεγραμμένα· ζητῶ ἂν τὸ ἐξηγέμενον καὶ μέχρι τούτων ὅπου σημεῖον ἀδέν. ὅταν δ' εὕρω τὸ ἐξηγέμενον, ἁπλείπεται χρῆσθαι τοῖς παρηγγελμένοις· τοῦτο αὐτὸ μόνον σημεῖόν ὅτιν. ἂν δ' αὐτὸ τοῦτο τὸ ἐξηγεῖσθαι θαυμάσω, τί ἄλλο ἢ γραμματικὸς ἐπιτετέλεσθαι ἀντὶ φιλοσόφου; πάλιν γε δή, ὅτι ἀντὶ Ὁμήρου Χρύσιππον ἐξηγέμενος. μᾶλλον ἂν ὅταν τις εἴπῃ μοι, ἐπανάγνωθί μοι Χρύσιππον, ἐρυθριῶ, ὅταν μὴ δυνάμενα ὅμοια τὰ ἔργα καὶ σύμφωνα ἀποδεικνύειν τοῖς λόγοις.

οβ'. [ξϛ'.]

ΟΣα προῄρησαι, τάξαι, ὡς νόμοις, καὶ ὡς ἀσεβήσων ἂν παραβῇς τι τάξαν, ἐμμένε. ἂν δέ τις σε, μὴ ἀπόκρινε· τοῦτο γὰρ οὐκ ἔτ' ἐπὶ σόν.

οϛ'. [ξζ'.]

ΕΙς ποῖον ἔτι χρόνον ἀναβάλλῃ τὸ τὴν βελτίονων ἀξίαν σεαυτὸν, καὶ ἐν μηδενὶ παραβαίνειν τὰ διαιρεθέντα λόγον; παρείληφας τὰ θεωρήματα, οἷς ἔδει σε συμβάλλειν, καὶ συμβέβληκας· ποίων ἔτι διδασκάλων προσδοκᾷς, ἵνα εἰς ἐκείνων ἀφορθῇς τὴν ἐπανόρθωσιν ποιῇται τὴν σεαυτοῦ; καὶ ἔτι εἶ μειράκιον, ἀλλὰ ἀνὴρ ἤδη τέλειος. ἂν τύνυν ἀμελήσῃς, καὶ ῥᾳθυμήσῃς, καὶ ἀεὶ ἀφθέσεις ἐξ ἀφθέσεων ποιῇς, προθέσεις ἐκ προθέσεων, καὶ ἡμέρας ἄλλας ἐπ' ἄλλας ἀείζῃς, ἐν ἃς προσέξεις σεαυτῷ λάθεις σεαυτὸν ἁ προκόψας ἀλλ' ἰδιώτης διατελέσεις καὶ ζῶν καὶ ἀποθνήσκων. ἤδη ἂν ἀξίωσιν σεαυτὸν βίου ὡς τέλειον καὶ προκόπτοντα, καὶ παῦ τὸ βέλτιστον φυ-

νόμιον ἔσῃ σοι νόμος ἀναβαίνειν. καὶ ἂν ὀλίγον τι, ἢ ἡδύ, ἢ ἔνδοξον προσάψηται, μέμνησο ὅτι γυμνὸς ὁ ἀγὼν, καὶ ἤδη πάρεσι τὰ ὀλύμπια, καὶ οὐκέτι ἀναβάλλεσθαι· καὶ ὅτι ἅμα μίαν ἧτταν καὶ ἔνδοσιν ἢ ἀπόλλυται προκοπὴ, ἢ σώζεται. Σωκράτης ἵνα ἀπεπελέσθη, ὅστις πολίτου προσάγων ἑαυτὸν, μηδενὶ ἄλλῳ προσέχων ἢ τῷ λόγῳ. σὺ δ', εἰ καὶ μήπω εἶ Σωκράτης ὡς Σωκράτης γε ἔδει βουλόμενος, ὀφείλεις βιοῦν.

ος'. [ξδ'.]

Πρῶτος καὶ ἀναγκαιότατος τόπος ἐν φιλοσοφίᾳ, ὁ τῆς χρήσεως τῶν φαντασιῶν· οἷον, ἃ μὴ ψεύδεται, δεύτερος, ὁ τῶν ἀποδείξεων· οἷον, πόθεν ἃ δεῖ ψεύδεται. τρίτος, ὁ αὐτῶν τούτων βεβαιωτικός, καὶ διαρθρωτικός· οἷον, πόθεν ὅτι τοῦτο ἀποδείξεις. τί γὰρ ὄφελος ἀποδείξεις; τί ἀκολουθία; τί μάχη; τί ἀληθές; τί ψεῦδος; ἀκόλουθος μὲν τρίτος τόπος ἀναγκαῖος διὰ τὸν δεύτερον, ὁ δὲ δεύτερος διὰ τὸν πρῶτον· ὁ ἀναγκαιότατος, καὶ ὅπου ἀναπαύεσθαι δεῖ, ὁ πρῶτος. ἡμεῖς δὲ ἔμπαλιν ποιοῦμεν. ἐν γὰρ τῷ τρίτῳ τόπῳ διαβιβάζομεν, καὶ ἀεὶ ἐκείνην ὄζην ἡμῖν ἡ πᾶσα σπουδή· τὸν δὲ πρῶτον παντελῶς ἀμελοῦμεν. τιγαροῦν φαδρύμεθα μὲν, πῶς δ' ἀποδείκνυται ὅτι ἃ δεῖ ψεύδεσθαι, παρόχειρον ἔχομεν.

οζ'. [ξε'.]

Ἐπὶ παντὸς προχείρου δικτέον τοῦτο.

Ἄγε δή με, ὦ Ζεῦ, καὶ σὺ ἡ Πεπρωμένη,
Ὅποι ποθ' ὑμῖν εἰμὶ διατεταγμένος,

Ὡς

ſum fuerit optimum, ea lex ſit inviolabilis. Ac ſi quid laborioſum, aut ſuave, aut glorioſum, aut ignominioſum ingruerit: memento, tum adeſſe diſcrimen, tum inſtare Olympia, nec licere differre: ac profectum una clade ac remiſſione vel perire, vel retineri. Itaque Socrates in eum evaſit qui fuit, cum in omnibus ſe ipſe promoveret, cum nemini auſcultaret niſi Rationi. Tu vero etſi nondum es Socrates, ſic tamen, ut qui Socrates eſſe velis, debes vivere.

CAP. LXXVI. [Cap. 64.]

PRimus & maxime neceſſarius in philoſophia locus eſt is, qui agit de uſu decretorum; veluti de non mentiendo. Alter, qui demonſtrationes tractat; veluti, cur non ſit mentiendum. Tertius, is qui has ipſas confirmat & diſtinguit, veluti, qui fiat ut iſta ſit demonſtratio? quid conſequentia? quid pugna? quid verum? quid falſum? Quare tertius locus neceſſarius eſt propter ſecundum, ſecundus propter primum. Maxime autem neceſſarius eſt, & in quo conquieſcendum ſit, primus. Nos vero diverſum facimus. Nam in tertio loco immoramur, in eoque omne ſtudium noſtrum conſumimus: primum autem prorſus negligimus. Proinde mentimur quidem, & quomodo tamen demonſtretur non eſſe mentiendum, in promptu habemus.

CAP. LXXVII. [Cap. 65.]

IN *quovis incepto hæc optanda ſunt:*
Me Jupiter duc, & fati neceſſitas,
Quocunque veſtro deſtinatus numine

Sum:

Sum: nam volens ſequar. Minus quod ſi velim,
Sequar coactus, improbuſque & impius.

CAP. LXXVIII.

NEceſſitati qui probe ſe accommodat,
Sapit: eſtque rerum divinarum conſcius.

CAP. LXXIX.

SEd & tertium illud: O Crito, ſi diis ita viſum fuerit, ita fiat. Me autem Anytus & Melytus occidere ſane poſſunt, lædere vero non poſſunt.

Ὡς ἔφομαι σπεύδοντος ἀδὲ ἄοκνος.
Εἰ δ' μὴ ἐθέλω, οὐχ ἥπτον ἕφομαι.

ον'.

Ὅστις δ' ἀναίσχυντος συγχωρήσεται χαλῶς,
Σοφὸς παρ' ἡμῖν, καὶ τὰ θεῖα δόξεται.

οϑ'.

Ἀλλὰ καὶ τὸ τρίτον· ὦ Κείτων, εἰ ταύτῃ τοῖς θεοῖς φίλον, ταύτῃ γενέσθω. ἐμὲ δ' Ανυτος καὶ Μέλητος ἀποκτεῖναι μὲν δύνανται, βλάψαι δ' οὔ.

ΚΕΒΗΤΟΣ ΘΗΒΑΙΟΥ ΠΙΝΑΞ.

CEBETIS THEBANI TABULA.

ΚΕΒΗΤΟΣ ΘΗΒΑΙΟΥ ΠΙΝΑΞ.

ΕΤυγχάνομεν περιπατοῦντες ἐν τῷ τοῦ Κρόνου ἱερῷ, ἐν ᾧ πολλὰ μὲν καὶ ἄλλα ἀναθήματα ἐθεωρεῖτο· αὐέκειτο δὲ καὶ πίναξ τις ἔμπεφθος ἐπὶ γεω, ἐν ᾧ ἦν γραφή τις ξένη, καὶ μύθους ἔχουσα ἰδίους, ὃς καὶ ἠβουλόμεθα συμβαλεῖν, τίνες καὶ πόθεν ἦσαν. ὅτε δὴ πόλις ἐδόκει ἡμῖν εἶ τὸ γεγραμμένον, ὅτι περιβόητον· ἀλλὰ περίβολος ἦν, ἐν αὐτῷ ἔχων ἑτέρους περιβόλους δύο, τὸ μὲ μείζω, τὸ δὲ ἐλάττω. ἦν δὲ καὶ πύλη ἐπὶ τοῦ πρώτου περιβόλου· πρὸς δὲ τῇ πύλῃ ὄχλος ἐδόκει ἡμῖν πολὺς ἐφεστάναι. ἔνδον δὲ τοῦ περιβόλου, πλῆθός τι γυναικῶν ἐφαίνετο. ἐπὶ δὲ εἰσόδου τοῦ πρώτου πυλῶνος καὶ περιβόλου γέρων τις ἑστώς, ἔμφασιν ἐποίει, ὡς προσάγων τῇ εἰσόδῳ ὄχλῳ. ἀπορούντων δὲ ἡμῶν περὶ τῆς μυθολογίας πρὸς ἀλλήλους πολὺν χρόνον, προσβύτης τις παρεστὼς, Ἄρ' ἂν δεινὸν πάθοιτε, ὦ ξένοι, ἔφη, ἀπορῦντες περὶ τῆς γραφῆς ταύτης. ἃ γὰρ πρὸ ὀλίγου χωρεῖων πολλοὶ ἴσασι, τί ποτε αὖτη ἡ μυθολογία δύναιτο. οὐδὲ γὰρ ὅτι πολιτικὸν ἀνάθημα, ἀλλὰ ξένου τινὸς πάλαι ποτὲ ἀφίκετο δεῦρο, ἀνὴρ ἔμφρων,

CEBETIS

THEBANI

TABULA.

IN æde Saturni deambulantes, cum alia complura donaria ſpectabamus, tum Tabulam quandam ante ſacellum dedicatam, quæ peregrinas quaſdam & peculiares fabulas depictas haberet: Quæ cujuſmodi & unde eſſent, conjicere non poteramus. Pictura enim neque urbem neque caſtra præ ſe ferebat: ſed erat ſeptum quoddam, alia duo ſepta continens, alterum majus, alterum minus. Erat & porta in primo ſepto, cui magna turba aſtare videbatur. Intra ſeptum vero mulieres complures conſpiciebantur. In aditu primi veſtibuli & ſepti, ſenex quidam ſtabat, eo geſtu & habitu, ut ingredienti turbæ præcipere aliquid videretur. Cum vero inter nos, quid commentum illud ſibi vellet, ambigeremus, ſenex quidam aſtans: Non mirum, inquit, eſt, hoſpites, vos de pictura hac dubitare. Nam & ex indigenis pauci norunt fabulæ ſignificationem. Neque enim civitatis noſtræ donarium eſt: ſed olim hoſpes quidam, vir cordatus, & eruditione præſtans, qui & dictis & factis Pythagoreæ & Parmenideæ vitæ ſtudium præ

se ferret, tam templum hoc, quam picturam Saturno dedicavit. An vero, inquam, ipsum hominem vidisti, & nosti? Atqui etiam, inquit, longo tempore tui eum admiratus. Nam junior cum esset, multa præclare disserebat: & hujus ipsius fabulæ doctrinam sæpe eum audivi exponentem. Obsecro igitur, inquam, nisi magna quæpiam occupatio te impedit, fabulam nobis explica, cujus audiendæ avidissimi sumus. Nihil, inquit, obstat, hospites: sed illud vobis tenendum, enarrationem periculi non expertem esse. Cujusmodi, inquam, id est? Quia, si auscultaveritis, atque intellexeritis ea quæ dicentur, prudenter & beati evadetis: sin minus, facti vecordes, infelices, acerbi atque indocti, male vivetis. Est enim expositio Sphingis ambagibus similis, quas illa hominibus proponebat: quas qui intellexerat manebat incolumis, qui non assecutus erat, à Sphinge occidebatur. Eadem est & enarrationis hujus ratio. Nam Amentia Sphinx est hominibus. Obscure autem & hæc innuit, quid in vita sit bonum quid malum: quid neque bonum, neque malum. Quæ qui non intelligit, ab ea non semel interit, ut is qui à Sphinge occisus devorabitur: sed paulatim per omnem ætatem, ut qui, conjecti in carcerem manum carnificis expectant, contabescit. Sin ea cognorit aliquis, vice versa perit Amentia: ipse vero salvus manet, perque omnem vitam, malorum expers, beatus efficitur. Vos igitur attenti estote, nec obiter audite. Dii boni, quantam nobis cupiditatem injecisti, si ita sunt! Ita, inquit, res est. Quam-

primum

φρων, καὶ δεινὸς περὶ σοφίαν, λόγῳ δὲ καὶ ἔργῳ Πυθαγόρειόν τινα καὶ Παρμενίδειον ἐζηλωκὼς βίον, ὃς τὸ τε ἱερὸν τοῦτο, καὶ τὸ γραφεῖον ἀνέθηκε τῇ Κρόνῳ. πότερον οὖν, ἔφην ἐγὼ, καὶ αὐτὸν τὸν ἄνδρα γινώσκεις ἑωρακώς; καὶ ἐθαύμασά γε, ἔφη, αὐτὸν πολὺν χρόνον· νεώτερος γὰρ ὤν, πολλὰ καὶ σπουδαῖα διελέγετο· καὶ περὶ ταύτης δὲ τῆς μυθολογίας πολλάκις αὐτῷ ἀκηκόειν διεξιόντος. πρὸς Διὸς τοίνυν, ἔφην ἐγὼ, εἰ μή τις σοὶ μεγάλη ἀσχολία τυγχάνει οὖσα, δίηγησαι ἡμῖν· πάνυ γὰρ ὀπωσδηποτοῦν ἀκοῦσαι, τί ποτέ ἐστιν ὁ μῦθος. ἀδεὴς φθόνος, ὦ ξένοι, ἔφη. ἀλλὰ τοι δεῖ ὑμᾶς ἀκοῦσαι, ὅτι ὀπτέον ἡμῶν τι ἔχει ἡ ἐξήγησις. οἷόν τι; ἔφην ἐγώ. ὅτι εἰ μὲ προσέξητε, ἔφη, καὶ συνήσητε τὰ λεγόμενα, φρόνιμοί καὶ εὐδαίμονες ἔσεσθε· εἰ δὲ μή, ἄφρονες, καὶ κακοδαίμονες, καὶ πρωί, καὶ ἀμαθεῖς γλυφόμενοι, κακῶς βιώσεσθε. ἔστι γὰρ ἡ ἐξήγησις ἐοικυῖα τῷ τοῦ Σφιγγὸς αἰνίγματι, ὃ ἐκείνη προὐβάλλετο τοῖς ἀνθρώποις. εἰ μὲν οὖν αὐτὸ συνίᾳ τις, ἐσώζετο· εἰ δὲ μὴ συνίη, ἀπώλλυτο ὑπὸ τῆς Σφιγγός. ὡσαύτως δὲ καὶ ὅτι τὸ ἐξηγήσεως ταύτης. ἡ γὰρ Ἀφροσύνη τοῖς ἀνθρώποις Σφίγξ ἐστιν. αἰνίττεται δὲ καὶ τάδε, τί ἀγαθὸν, τί κακὸν, τί ὔτε ἀγαθὸν, ὔτε κακόν ἐστιν ἐν τῷ βίῳ. ταῦτ' οὖν ἐὰν μή τις συνίῃ, ἀπόλλυται ὑπ' αὐτῆς καὶ εἰσπαίσας, ὥσπερ ὁ ὑπὸ τῆς Σφιγγὸς καθαρθεὶς ἀπέθνησκεν· ἀλλὰ σχεδὸν μικρὸν ἐν ὅλῳ τῷ βίῳ καταφθείρεται, καθάπερ οἱ ὀπὸ τῶν μωλῶν ἁλισθέντες. ὃς δέ τις γνῷ, ἀνάπαλιν ἢ μὲ Ἀφροσύνη ἀπόλλυται, αὐτὸς δὲ σώζεται, καὶ μακάριος καὶ εὐδαίμων γίγνεται ἐν παντὶ τῷ βίῳ. ὑμεῖς οὖν προσέχετε,

καὶ μὴ παρακύπτετε, ὦ Ηράκλεις, ὡς εἰς μεγάλην τινὰ ἐπιθυμίαν ἐμβεβλήκασ ἡμᾶς, εἰ τῶνδ' ὅπως ἕξει. ἀλλ' ἔστιν, ἔφη, ὅπως ἔχοντα. ἀλ ἂν φθάνοις τοίνυν διηγούμενος, ὡς ἡμῖν προσελθόντων ἀ παρέρχομεν, ἐπεὶσ καὶ τὸ ἐπίμικτον τοιοῦτόν ὄζιν. ἀναλαβὼν οὖν ἑαδόν τινα, καὶ ἐκλείνασ προὸς τ γραφήν, ὁρᾶτε, ἔφη, τ ὀρίβολον τοῦτον; ὁρῶμεν. τοῦτο προῶτον δεῖ εἰδέναι ὑμᾶς, ὅτι καλεῖται ὁ τόπ ὅτ, Βίοσ· καὶ ὁ ὄχλοσ ὁ πολὺς, ὁ παρὰ τ πύλην ἑφεζὼς, οἱ μέλλοντες εἰσπορεύεσθαι εἰς τ βίον, ἅτοί εἰσιν. ὁ δὲ γέρων, ὁ ἄνω ἑστηκὼς, ἔχων χάρτην τινὰ ἐν τῇ χειρὶ, καὶ τῇ ἑτέρᾳ ὥσπρ δεικνύων τι, ἅτοσ Δαίμων καλεῖται. προσάπτει δὲ τοῖς εἰσπορευομένοις, τί δεῖ αὐτὸσ ποιεῖν, ὡς ἂν εἰσέλθωσιν εἰς τ βίον· καὶ δεικνύει ποίαν ὁδὸν αὐτὸσ δεῖ βαδίζειν, εἰ σώζεσθαι μέλλουσιν ἐν τῷ βίῳ. ποίαν οὖν ὁδὸν κελεύει βαδίζειν, ἢ πῶσ; ἔφην ἐγώ. ὁρᾷσ, εἶπε, παρὰ τ πύλην ὄρθιον τινὰ κείμενον καὶ τὸν τόπον τοῦτον, καθ' ὃν εἰσπορεύεται ὁ ὄχλοσ, ἐφ' οὗ κάθηται γυνὴ πεπλασμένη τῇ εἰδέᾳ, καὶ πάνυ φαινομένη, καὶ ἐν τῇ χειρὶ ἔχουσα ποτήριόν τι; ὁρῶ· ἀλλὰ τίσ ὄζιν αὕτη; ἔφην. Απάτη καλεῖται, φησίν, ἡ πάντασ τοὺσ ἀνθρώπουσ πλανῶσα. εἶτα τί προσάπτει αὕτη; τοὺσ εἰσπορευομένουσ εἰς τ βίον ποτίζει τῇ ἑαυτῆσ δυνάμει. τοῦτο δ' τί ὄζι τὸ ποτόν; Πλάνη, ἔφη, καὶ Αγνοια. εἶτα τί; πάντεσ τοῦτο, πορεύονται εἰς τ βίον, πότερον ὃν πάντεσ πίνωσι τ πλάνον, ἢ οὔ; πάντεσ πίνουσιν, ἔφη· ἀλλ' οἱ μὲ πλεῖον, οἱ δ' ἧττον· ἔτι δ' οὐχ ὁρᾷσ ἔνδον τ πύλησ πλῆθόσ τι γυναικῶν ἐτυμῶν, παντοδαπὰσ μορφὰσ ἐχουσῶν; ὁρῶ. εἶτα

primum igitur narres velim. Nam nos quidem haud obiter audiemus, in tanti præsertim & præmii & supplicii expectatione. Sublato igitur baculo, & ad picturam extento, Cernitis, inquit, septum hoc? Cernimus. Hoc primum vobis tenendum est, locum hunc appellari *Vitam*: & magnam multitudinem quæ portæ assistit, eos esse qui in vitam venturi sunt. Senex vero is qui superne stat, chartam quandam una manu tenens, alterâ vero quiddam veluti monstrans, *Genius* dicitur. Mandat autem ingredientibus, quid eis, ubi in vitam venerint, faciendum sit: & cui viæ se committere debeant, si salvi in vita velint, ostendit. Quam igitur, inquam ego, viam ingredi eos jubet; aut quomodo? Viden', inquit, juxta portam solium positum, qua turba ingreditur, cui mulier insidet, ficto vultu, argutaque specie, & manu poculum quoddam tenens; Video, inquam: sed quæ ea est? *Impostura*, inquit, quæ omnes homines seducit. Ecquid agit ea? Iis, qui in vitam ingrediuntur, facultatem suam propinat. Quæ vero est illa potio? *Error*, inquit, & *Ignorantia*. Quid tum? Hac pota, veniunt in vitam. Num ergo omnes Errores bibunt? Omnes bibunt, inquit, sed alii plus, alii minus. Nonne præterea intra portam vides turbam quandam mulierum meretricum, variis præditarum formis? Video. Hæ ergo, *Opiniones*, *Cupiditates*, & *voluptates* appellantur; turbaque ingrediente exilientes, amplectuntur singulos, atque abducunt. Quo vero abducunt

cunt eos? Aliæ ad ſalutem, inquit, aliæ ad interitum ob impoſturam. O vir optime, quam gravem potionem dicis! Et quidem omnes pollicentur, ſe illos ad optima quæque perducturas, & ad vitam beatam, in qua acquieſcant. Illi vero propter ignorantiam & errorem, quem apud *Impoſturam* hauſerunt, veram degendæ vitæ viam non inveniunt: ſed temere oberrant, ut vides. Vides item, prius ingreſſos circumire quæ illæ monſtrarint? Video hæc, inquam. Sed quæ eſt illa mulier, quæ cæcæ & furenti ſimilis, ſaxo rotundo inſiſtit? Vocatur, inquit, illa quidem *Fortuna*: neque cæca ſolum eſt, ſed & inſana & ſurda. Ea ergo quo munere fungitur? paſſim, inquit, vagatur: & aliis quod habent, rapit, aliiſque largitur; iiſdemque rurſus ſtatim eripit quæ dedit, eaque donat aliis temere & inconſtanter. Recte igitur ſignum ejus naturam declarat. Quodnam illud? inquam. Quod rotundo ſaxo inſiſtit. Id vero quid ſibi vult? Non tuta & firma ejus eſſe munera, ſignificat. Magnæ enim & graves jacturæ fiunt, cum quis ei fidem habet. Quid? magna illa turba quæ eam circumſtat, quid petit, & quei vocantur? Dicuntur hi *Inconſiderati*. Singuli vero ea petunt quæ illa abjicit. Quei ergo fit, ut non eodem ſint vultu: ſed alii lætari, alii mœrere paſſis manibus videantur? Qui lætari & ridere videntur, ii ſunt, inquit, qui aliquid à *Fortuna* acceperunt; iidemque *Fortunam proſperam* eam vocant. Qui vero plorantium ſpecie manus extendunt, ii ſunt, quibus

αὗται τοίνυν, Δόξαι, καὶ Ἐπιθυμίαι, καὶ Ἡδοναὶ καλοῦνται. ὅταν οὖν εἰσπορεύεται ὁ ὄχλος, ἀκόλουθοι αὐτοῖς αὗται, καὶ συμπλέκονται πρὸς ἕκαστον, εἶτα ἀπάγουσι. ποῖ δ' ἀπάγουσιν αὐτούς; αἱ μὲν εἰς τὸ σώζεσθαι, ἔφη· αἱ δὲ εἰς τὸ ἀπόλλυσθαι, διὰ τὴν ἀπάτην. ὦ δαιμόνιε, ὡς καλὸν τὸ τέλος λέγεις· καὶ πῶς γε, ἔφη, ἐπαγγέλλονται ὡς δεῖ τὰ βέλτιστα ἄξασαι, καὶ εἰς βίον ἀθάνατον καὶ λυσιτελῆ. οἱ δὲ διὰ τὴν ἀγνοιαν, καὶ τὴν πλάνην, ἣν πεποίηκασι παρὰ τὴν Ἀπάτης, οὐκ εὐλαβοῦνται ποῖα δεῖ ἢ ἀληθῆ ὁδὸν ἢ ἐν τῷ βίῳ. ἀλλὰ πλανῶνται εἰκῆ, ὥσπερ ὁρᾷς. ὁρᾷς καὶ τὸν πρότερον εἰσπορευόμενον, ὡς πεπλάγχθαι ἔοικεν ἂν αὗται δεικνύουσιν; ὁρῶ τοῦτο, ἔφην. ἡ δὲ γυνὴ ἐκείνη τίς ἐστιν, ἣ ὥσπερ τυφλὴ καὶ μανομένη τις εἴη δοκοῦσα, καὶ ἐσκευῆσθαι λίθῳ τινὶ στρογγύλῳ; καλεῖται μέν, ἔφη, Τύχη· ἔστι δὲ ἡ μόνον τυφλή, ἀλλὰ καὶ μανομένη καφή. αὕτη ἔν τί ἔργον ἔχει; πορεύεται παντα χοῦ, ἔφη· καὶ παρ' ὧν μὲν ἁρπάζει τὰ ὑπάρχοντα, καὶ ἑτέροις δίδωσι· ᾧ δὲ τὸ αὐτὸ πάλιν ἀφαιρεῖται καὶ ἄλλοις δίδωσιν εἰκῆ καὶ ἀδικαίως. διὸ καὶ τὸ σημεῖον καλῶς μιμεῖται τὴν φύσιν αὐτῆς. ποῖον τοῦτο; ἔφην ἐγώ. ὅτι δεῖ στρογγύλα λίθα ἑστάναι. εἶεν τί τοῦτο σημαίνει; ὅτι καὶ ἀσφαλὲς, καὶ βεβαία δεῖ ἡ παρ' αὐτῆς δόσις. ἐκπώσεις γὰρ μεγάλαι καὶ σκληραὶ γίγνονται, ὅταν τις αὐτῇ πεισθῇ. ὁ δὲ ὄχλος ὁ πολὺς οὗτος, ὁ περὶ αὐτὴν ἑστηκὼς, τί βάλλεται, καὶ πῶς καλοῦνται; καλοῦνται καὶ οὗτοι ἀκροβόλοι τυχαί. αὐτῶν δὲ ἕκαστος αὐτὸ ἃ ἐξίπτει. πῶς οὖν οὐχ ὁμοίαν ἔχουσι τὴν μορφὴν, ἀλλ' οἱ μὲν αὐτῶν δοκοῦσι χαίμενοι οἱ δὲ ἀδυμῶσιν, ἐκτετακότες τὰς χεῖρας;

οἱ μὲν δοκοῦντες, ἔφη, χαίρειν καὶ γελᾶν αὐτῇ, οἱ εἰληφότες τι ἀπὸ τῆς Τύχης εἰσίν. ὅτοι δὲ καὶ Ἀλαθείᾳ Τύχῃ αὐτῷ καλοῦσιν. οἱ δὲ δοκοῦντες κλαίειν, καὶ τὰς χεῖρας ἐκτετακότες, εἰσὶ παρ' ὧν ἀφείλετο ἃ ἐδωκε πρότερον αὐτοῖς· ὅτοι πάλιν Κακὴν Τύχῃ αὐτῷ καλοῦσι. τίνα δ' ἔστιν ἃ δίδωσιν αὐτοῖς, ὅτι ὅταν οἱ μὲν λαμβάνοντες χαίρωσιν, οἱ δὲ ἀποβάλλοντες κλαίωσι; ταῦτα δὲ τίνα δεῖ; πλοῦτον δηλαδὴ, καὶ δόξαν, καὶ εὐγένειαν, καὶ τέκνα, καὶ τυραννίδας, καὶ βασιλείας, καὶ τἄλλα ὅσα τούτοις ἀπλούσια. ταῦτα δὲ πῶς καὶ ἔστιν ἀληθῆ; ἆρ' ἐπεὶ μὴ τέτταρα, ἔφη, καὶ αὖθις ἀναλεξόμεθα. νυνὶ δὲ ἐπεὶ τὴ μυθολογίαν ἠρωτήμεθα. ἔστω ὅτως. ὁρᾷς δὲ, ὡς αὖ παρέλθοις τὴ πύλην ταύτην, ἀνώτερον ἄλλον ἐπείδολον, καὶ γυναῖκας ἕξω τῆ ἐπειδόλης ἐφηκυίας, κεκοσμημένας ὥσπερ ἐπὶ ταῖραι εἰσάδασι; καὶ μάλα. αὗται τίνων, ἢ μὴ Ἀκρασία καλεῖται, ἡ δὲ Ἀσωτία, ἡ δὲ Ἀπλησία, ἡ δὲ Κολακεία. πῶν ὧδε ἐσήκασιν αὗται; ἀναπηδῶσι, ἔφη, τὰς εἰληφότας τι παρὰ τῆ Τύχης. εἶτα τί; ἀναπηδῶσι, καὶ συμπλέκονται αὐτοῖς, καὶ κολακεύουσι. καὶ αἰτιῶσι παρ' αὐτὰς μένειν, λέγουσα ὅτι βίον ἕξουσιν ἡδὺν, καὶ ἄπονον, καὶ κακοπάθειαν ἔχοντα ἀδημίαν. ἐὰν δὲ τις πειθῇ ἐπ' αὐτῇ εἰς τὴ ἡδυπάθειαν, μέχρι ἡλίπινος ἡδεῖα δοκεῖ εἶναι) ἡ ἀληθὴς, ἕως ἂν γηρᾳλίζῃ τὴ ἄνθρωπον· εἶτ' οὐκ ἔστιν. ὅταν γὰρ ἀναπνεύσῃ αἰδύνηται ὅτι οὐκ ἔστιν, ἀλλ' ἐπ' αὐτῆς κατηδίθη, καὶ ἐπεζήτει. διὸ καὶ ὅταν ἀναλώσῃ παῦθ' ὅσα ἔλαβε παρὰ τῆ Τύχης, ἀναγκάζεται ταύτης τῆς γυναικὸς δηλάζειν, καὶ παῦθ' ὑπομένειν, καὶ ἀημονεῖν, καὶ πολεῖν ἕνεκεν τέτταρα ὅσα ὀξὺ βλακεία· οἷ ἀποτρέπει, βουλεῖν

quibus ea eruit quæ ante dederat. Hi contra *malam Fortunam* eandem appellant. Quæ sunt ergo illa quæ largitur, cum & ii qui ea accipiunt, ita lætentur; & qui amittunt, plorent? Hæc quæ vulgo bona censentur. Ea quæ sunt? Divitiæ scilicet, gloria, nobilitas, liberi, imperia, regna, & id genus alia pleraque. Eho, numnam ista bona non sunt? De his quidem alias disputabimus: nunc autem explicationi fabulæ intenti simus Fiat ita. Vides ergo, ubi portam istam præterieris, aliud septum altius, & mulieres extra septum stantes, meretricum instar ornatas Omnino. Harum alia *Incontinentia* vocatur, alia *Luxuria*, alia *Assentatio*. Quid ergo hic astant istæ? Observant eos qui aliquid à Fortuna acceperunt. Quid tum? Exultant, & eos amplectuntur, & adulantur: utque apud se manere velint, postulant: ac vitam eis pollicentur suavem, otiosam, & omnis expertem molestiæ. Quod si quis eis obsecutus, delicias amplexus fuerit: ei jucunda videtur ad tempus illa vitæ ratio, dum hominem quasi titillarit: cum revera talis non sit. Ubi enim resipuerit, se non comedisse, sed ab iis & comesum, & contumelioſe tractatum esse, sentit. Itaque jam consumptis iis quæ à Fortuna acceperat omnibus, mulieribus istis servire cogitur, & omnia perpeti indecoreque se gerere, & propter eas quævis pernicioſa in se admittere: cujusmodi sunt, fraudare, fana spoliare, pejerare, prodere, latrocinari, cæteraque his consimilia. Sed cum eos hæc omnia defecerint, traduntur Pœnæ. Qualis ea est? Vides à tergo eorum aliquid

aliquid feneſtellæ ſimile, & locum quendam anguſtum & tenebroſum? Atque etiam mulieres quædam fœdæ, & ſordidæ, & pannis obſitæ, tibi eſſe videntur? Omnino. Ea igitur quæ flagellum tenet, *Pœna* dicitur: Quæ caput ad genua demittit, *Mœſtitia*: Quæ capillos avellit, *Ærumna*. Alius vero quidam, illis qui aſtat, deformis, extenuatus, & nudus, ac poſt eum mulier quædam, ei ſimilis, deformis, & tenuis, quinam ſunt? Ille quidem, inquit, *Luctus* vocatur: ejus vero ſoror, *Deſperatio*. His igitur traditur, & cum his in cruciatibus vitam agit. Deinde rurſus in aliam domum conjicitur, *Infælicitatis*: ubi, quod reliquum eſt ævi, in omni miſeria exigit, niſi ei *Pœnitentia* forte fortuna occurrerit. Quid tum fit? *Pœnitentia*, obviam ei facta, ex iſtis malis eum eripit, eique *Opinionem* aliam, & *Cupiditatem*, ad *Veram Eruditionem* perducturam, inſerit: unaque eam, quæ *falſi nominis eruditio* appellatur. Quid tum fit? Siquidem, inquit, eam opinionem comprehenderit, quæ ipſum ad *Veram eruditionem* perducat, ab ea purgatus ſervatur, & omnis calamitatis expers, ac beatus, omne tempus ætatis degit: ſin minus, denuo à Falſi nominis eruditione ſeducitur. Pro Jupiter, ut ingens eſt, & alterum hoc diſcrimen! Qualis vero, inquam, eſt *Falſi nominis eruditio*? Nonne vides, inquit, alterum illud ſeptum? Utique, inquam. Extra id ſeptum, juxta veſtibulum, ſtat mulier quædam, quæ valde munda & compoſita eſſe videtur. Eam vulgus & vani homines, E-

rudi-

προσυλεῖν, ὀπορκεῖν, ψευδιδόναι, λοιδορεῖσθαι, καὶ πάντ' ὅσα τοῖς ἀπλήστοις ἀπλησία. ὅταν οὖν πάντα αὐτοῖς ἀπολείπῃ, παραδίδοῦναι τῇ Τιμωρίᾳ. ποία δέ ἐστιν αὕτη; ὁρᾷς ὀπίσω τὴ αὐτῆ, ἔφη, ὥσπερ θύριον μικρὸν, καὶ τόπον στενόν τινα, καὶ σκοτεινόν; ναὶ καὶ γυναῖκες αἰχμαί, καὶ ξυμφοραί, καὶ ἔρις ἀμφισβῆται δοκοῦσι συνεῖναι; καὶ μάλα. αὗται τοίνυν, ἔφη, ἡ μὲ τὴ μάστιγα ἔχουσα, καλεῖται Τιμωρία· ἡ δὲ τὴ κεφαλὴν ἐν τοῖς γόνασιν ἔχουσα, Λύπη· ἡ δὲ τὰς χεῖρας πλήξασα ἑαυτῆς, Οδυρμός. ὁ δὲ ἄλλος ὅτος ὁ παρεστηκὼς αὐταῖς, δυσειδής τις καὶ λεπτὸς, καὶ γυμνὸς, καὶ κατὰ ταῦτά τις ὁμοία αὐτῇ, αἰχμὰ, καὶ λεπτὴ, τίς ἐστιν; ὁ μὲ Οδυρμὸς καλεῖται, ἔφη, ἡ δὲ ἀδελφὴ αὐτῆ Αθυμία. τούτοις οὖν παραδίδοται, καὶ μὴ τούτων συμβιοῖ τιμωρέμενος. εἶτα πάλιν ἐντεῦθεν εἰς ἕτερον οἶκον ἐμπίπτει, εἰς τὴ Κακοδαιμονίαν, καὶ ὧδε τὸ λοιπὸν βίον καταστρέφει ἐν πάσῃ κακοδαιμονίᾳ, ἂν μὴ Μετάνοια αὐτῆ ὑπὸ τῆ Τύχης συναντήσῃ. εἶτα τί γίγνεται; ἐὰν ἡ Μετάνοια αὐτῆ συναντήσῃ, ἐξαίρει αὐτὸν ἐκ τῶν κακῶν, καὶ σωίσησιν αὐτῆ ἑτέραν Δόξαν, καὶ Επιθυμίαν, τὴ εἰς τὴν ἀληθινὴν Παιδείαν ἄγουσαν, ἅμα δὲ καὶ τὴ εἰς τὴ Ψευδοπαιδείαν καλυμμένην. εἶτα τί γίγνεται; ἐὰν μὴ, φησι, τὴ δόξαν ταύτην ἀφεσθέξηται, τὴ ἄγουσῆ αὐτὸν εἰς τὴ ἀληθινὴν Παιδείαν, καθαρθεὶς ὑπ' αὐτῆς σώζεται. καὶ μακάριος καὶ εὐδαίμων γίγνεται ἐν παντὶ τῷ βίῳ. εἰ δὲ μὴ, πάλιν πλανᾶται ὑπὸ τὴ Ψευδοδοξίας. ὦ Ηράκλεις, ὡς μέγας ὁ κίνδυνος ἄλλος ὅτος; ἡ δὲ Ψευδοπαιδεία ποία ζῷα; ἔφην ἐγώ. οὐχ ὁρᾷς τὴ ἕτερον ἀφείδολον ἐκεῖνον; καὶ μάλα, ἔφην ἐγώ. οἷον ἔξω τὴ ἀφειδόλε

παρὰ

παρὰ τὴ εἴσοδον γωνία τις ἔσηκεν, ἢ δοκεῖ παίν καθαρὰ καὶ εὐτακτος εἶναι; καὶ μάλα. ταύτην τίνων οἱ πολλοὶ, καὶ εἰκαῖοι τῶν ἀνθρώπων, Παιδείαν καλοῦσιν, οὐκ ἔστι δέ, ἀλλὰ Ψευδοπαιδεία, ἔφη. οἱ μὲν τοι σωζόμενοι, ὁπόταν βάλωνται εἰς τὴν ἀληθινὴν Παιδείαν ἐλθεῖν, ὧδε τελέσουσι. πότερον ἔν ἄλλη ὁδὸς οὐκ ἔστιν ἐπὶ τὴν ἀληθινὴν Παιδείαν ἄγουσα; ἔστιν, καὶ ἔφη. ὅτοι δὴ οἱ ἄνθρωποι οἱ ἔσω τὴν πεδίδλα ἀναχαίμπτοντες, τίνες εἰσίν; οἱ τὴν Ψευδοπαιδείας, ἔφη, ἔρασται, ἀπατημένοι, οἰόμενοι μὴ τὴν ἀληθινὴν Παιδείας σωφρονεῖν. τίνες δὲ καλοῦνται ὅτοι; οἱ μὲν Ποιηταὶ, ἔφη, οἱ δὲ Ῥήτορες, οἱ δὲ Διαλεκτικοὶ, οἱ δὲ Μουσικοὶ, οἱ δὲ Αεθμητικοὶ, οἱ δὲ Γεωμέτραι, οἱ δὲ Αστρολόγοι, οἱ δὲ Ηδονικοὶ, οἱ δὲ Πειπαπτικοὶ, οἱ δὲ Κεπικοὶ, καὶ ὅσοι ἄλλοι τούτοις εἰσὶ ὁμοπλήσιοι. αἱ δὲ γυναῖκες ἐκεῖναι αἱ δουλοῦσαι τὰ δρέπανα ὁμοῖαι τοῖς θεάτοις, ἐν αἷς ἔσης ἦν τὴν Ακρασίαν, καὶ αἱ ἄλλαι αἱ μετ' αὐτὴν, τίνες εἰσίν; σοὶ τοι ἐκεῖναί εἰσιν, ἔφη. πότερον ἔν καὶ ὧδε εἰσπορεύονται; νὴ Λία καὶ ὧδε, σαφέως δὲ, καὶ ἀκριβῶς ἐν τῷ θεάτρῳ πεφίλῳ. πότερον ἔν καὶ αἱ Δόξαι; ναὶ ἔφη. ἔπι μὲν γὰρ καὶ ἐν τάτοις τὸ πόμα, ὃ ἔπιον παρὰ τὴν Απάτης, καὶ ἡ Αγνοια, μᾶλλον νὴ Δία, καὶ μετ' αὐτῆς γε ἡ Αφροσύνη. καὶ ἃ μὲν ἀπέλθη ἀπ' αὐτῆς ὧδ' ἡ Δόξα, ἃ δ' ἂν λοιπὰ Κακία, μέχρις ἂν ὑπογνόντες τὴν Ψευδοπαιδείας, εἰσέλθωσιν εἰς τὴν ἀληθινὴν ὁδὸν, καὶ πᾶσι τὴν τάτε καθαρτικὴν δύναμιν, καὶ ἐκβάλωσι τὰ κακὰ παθήματα ὅσα ἔχουσι, καὶ τὰς Δόξας, καὶ τὴν Αγνοιαν, καὶ τὴν λοιπὴν πᾶσαν Κακίαν. τότε αὖ ὑπὸ σωθήσονται. ὧδε δὲ μένοντες ἐν τῇ Ψευδοπαιδείᾳ,

ruditionem vocant: cum ea non ſit, ſed Falſi nominis eruditio. Ad hanc igitur ii, qui ſervandi ſunt, & ad veram eruditionem perventuri, primum divertunt. Nunquid ergo alia via nulla eſt, quæ ad Veram eruditionem ducat? Minime, inquit. Iſti vero homines, qui intra ſeptum obambulant, qui ſunt? Falſi nominis eruditionis amatores, inquit, decepti, atque opinantes ſe Veræ eruditionis frui conſuetudine. Quibus ergo nominibus appellantur iſti? Alii Poetæ, inquit, alii Oratores, alii Dialectici, alii Muſici, alii Arithmetici, alii Geometræ, alii Aſtrologi, alii Voluptuarii, alii Peripatetici, alii Critici, cæterique horum non diſſimiles. Mulieres vero illæ, quæ circumcurſare videntur, primis ſimiles, inter quas eſſe dicebas Incontinentiam, & reliquas illius ſocias, quænam ſunt? Illæ ipſæ, inquit, ſunt. Nunquid ergo & huc ingrediuntur? Et huc medius fidius, ſed raro: nec ita frequenter, ut in primum ſeptum. Nunquid ergo & Opiniones? Næ, inquit. Nam & in his etiamnum Potio, ab Impoſtura propinata, & Ignorantia, manet: atque etiam mehercule, una cum ea, Amentia. Neque vero ab eis vel Opiniones vel cætera vitia recedent, donec, repudiata Falſi nominis eruditione, veram ingreſſi viam, purgatricem iſtarum rerum vim biberint, & mala omnia, quibus urgentur, ut Opiniones & Ignorantiam, & reliquam omnem Vitioſitatem, ejecerint: tum demum enim ſervabuntur. Dum vero hic manſerint apud falſi nominis eruditionem,

tionem, nunquam liberabuntur: nec ullum malum, illarum quidem disciplinarum subsidio, profligabunt. Quæ ergo via est, quæ ad Veram eruditionem ferat? Videsne, inquit, editum illum locum, qui à nemine incoli, ac desertus esse, videtur? Video. Ergo & januam parvam, & viam quandam ante januam, parum frequentem, & à perpaucis tritam, ut quæ & præceps & aspera, & prærupta esse videatur? Omnino, inquam. Ibi & tumulus excelsus cernitur, & angustus aditus, & utrinque in profundum præceps. Video. Hæc igitur, inquit, via est, quæ ad Veram eruditionem ducit. Et quidem aspectu, inquam, valde ardua. Ergo & superne juxta tumulum magnam rupem vides, & altam, undique præruptam? Video, inquam. Vides ergo & duas mulieres, succi plenas, & robusto corpore in rupe stantes, quæ manus alacriter extendunt? Video, inquam: sed quæ eis nomina sunt? Una, inquit, Continentia vocatur, altera Tolerantia. Sunt autem sorores. Cur vero manus adeo alacriter extendunt? Hortantur, inquit, viatores ad eum locum progressos, ut bonis sint animis, nec per ignaviam desperent. Fore enim, ut post parvi temporis difficultates, in amœnam viam perveniant. Ubi autem ad rupem accesserint: quo pacto ascendunt? nullam enim, quæ eo ferat, viam perspicio. Ipsæ à præcipitio ad eos nonnihil descendunt, eosque sursum ad sese attrahunt. Postea jubent eos requiescere: & paulo post eis dant Robur & Fiduciam: & pollicentur se eos ad Veram

ὥσπερ γὰρ ἡ ὀπλιμία, οὐδ' ἐν τῇ παιδείᾳ ἀμφοτέρωι φύσει χρηστῇ, ἀλλ' ὁπόια ποτ' ἄν τις ἕκαστος ἡμῶν αἰεὶ αὐτὰ δοξάσῃ, τοιαῦτα καὶ δοκεῖ εἶναι). αὐτίκα τοίνυν ἀπιμίαν καὶ ὀλιγοτιμίαν τοῖς αὐτοῖς παντελῶς ἀνθρώποις νομίζοισιν ὀπιμίαν· ἀλλ' ἔστιν ἃ σφῶν ἔργων ἐπαίτια παρὰ τισὶν ὄντα, παρ' ἄλλοις ἐπαινεῖται, καὶ ἕτερα πρὸς τοῖσιν τιμώμενα, πρὸς ἑτέρων κολάζεται. εἰσὶ δ' οἱ καὶ τὰ ἀρχαῖα ὅτε τὸ ὄνομα ὅτε τὸ ἔργον αὐτῆς ἴσασι. καὶ πάνυ εἰκότως· ὅσα γὰρ μὴ προσάπτεται τῇ φύσει τῶν ἀνθρώπων προσηκόντων, οὐδ' ἀνήκειν ἐς αὐτὸν νομίζεται. ὥσπερ ἂν εἴ τις κρίσις τίς, ἢ καὶ ψήφισμά τι ἐχθρέτο, τὰ δεῖνα νοσεῖν, ἢ τὰ δεῖνα αἰσχὸν εἶναι, γελοιότατον ἂν δόκοιεν ὑπ' ἐμοῦ ὅτου καὶ αἰεὶ τὰ ἀπιμίας ἔχει. τὸ δ' αὐτὸ τοῦτο καὶ αἰεὶ τὰ φυγῆς ἔγωγε ὁρῶ ὄν. ὑποδημάτων γάρ τις ἀπιμὸς ὤν. ὡς εἴπερ αὐτὴ καθ' αὑτὴν ἡ ἀπιμία μισθαρνίαν κακίαν ἔχει, οὐδὲ τὴν φυγὴν δίκαια προσπλαδιά τι κακὸν δίκαιται. ἐπεὶ τοίνυν γε ἄλλως συχνοὶ πλείονα ὅσον χρόνον, οἱ μὲν ἀκοντες, οἱ δ' καὶ ἑκόντες ὑποδημοῦσι, καὶ πένες καὶ πάντα τὰ βίου καταναλίσκοισι πενιχρευόμενοι, ὥσπερ αἰεὶ παντα-χόθεν ἐξελαυνόμενοι· καὶ οὐδὲν μᾶλλον παρὰ τοῦτο βλαπτοὺς νομίζοισι. ἢ μᾶλλον οὐδὲ διαφέρει τι, ἐκόσιον πιὰ, ἢ μή, τοῦτο πιεῖν. οὐδὲ γὰρ οὐδ' ὁ ἄκων σωμασκῶν, ἢ πῆδόν τι ἔρχεται τῷ ἐθελοντὴ αὐτὸ δρῶντος· οὐδ' ὁ ἄκων ναυτιλλόμενος ἧττονα πιὰ ὠφέλειαν τῇ ἑτέρᾳ κτᾶται. καὶ οὐτό γε τοῦτο τὸ ἀκούσιον οὐχ ὁρῶ δικαίως ἂν ὑπὲρ φρονίμου συμβαῖναι. ὡς εἴπερ ἐν τούτῳ

τὸ διάφορον τῆς τε ὧν καὶ τῆς κακῶς πεπολιτεῦσθαι ὅτι, τὰ μὲν ἐθελοντὶ ἐπίμως, τὰ δ' ἄκοντες χαλεπῶς ποιοῦμεν, διατράπτον. ἐὰν γάρ τι παύτα τὰ ἀναγκαῖα ἐκέσοι ὑπομένωμεν, καὶ παρὸς μηδὲν αὐτῶν ἠτιάμεθα, συναίρεται παύτα καὶκεῖνα, ὅσα ἂν ἐν τῷ ἀκουσίῳ δῆ τις εἶναι. καὶ γάρ πε καὶ ἀρχαῖος λόγος καὶ μάλα εὖ ἔχων ὅτιν, ὅτι δεῖ ἡμᾶς μὴ ὅσα ἂν βουλώμεθα ἀξιοῦν γίνεσθαι, ἀλλ' ὅσα ἂν ἐκ τύτων ἀνάγκης γίνηται, βούλεσθαι. ὅπε γὸ αὐδαίρετον τὸν τῆς βίε τρόπον ἔχομεν, ἓν' αὐτῷ ἕσιμεν· ἀλλ' ὅπως ἂν τῇ τύχῃ δόξῃ, καὶ ὁποῖος ἂν ἐκάσῳ ἡμῶν δαίμων ἐκπληρωτὴς τῆς τεταγμένε δόθῇ, τοιῦτον ἀνάγκη καὶ ἐκεῖνον ἡμᾶς ποιεῖσθαι. ταῦτα μὲν δὴ τοιαῦτα ὅτιν, ἄν τε θέλωμεν, ἄν τε καὶ μή. εἰ δέ σε ἐχὶ ἡ ἀτιμία αὕτη, ἀλλ' ἡ φυγὴ αὕτη λυπεῖ, ἀλλ' ὅτι μὴ μόνον μηδὲν ἠδικηκὼς τὼ πατρίδα, ἀλλὰ καὶ πολλὰ ἀγαθηκὼς ἠτίμωταί τε καὶ ἐξήλασται· λόγισαι τῦθ', ὅτι ἐπειδήπερ ἅπαξ ἐπέτρεψε τό σοι τοιῦτον πεπαθεῖν, κάλλιτον δήπε καὶ ἄρειτον συμβεβηκε τὸ, μηδὲν ἀδικήσαντά σε ἐπηρεάζεσθαι. καὶ σὺ μὲν γὸ πάντα τὰ καθήκοντα τοῖς πολίταις συνεβάλλου καὶ ἔπραττες, καὶ ἰδιωτεύων· ἀλ' ἰδία πε πολυπραγμονῶν ἀλλὰ τοῖς τῆς βελῆς δόγμασι πειθόμενος· ἃ χρὴ φάσιν, ἀλλ' ὀρθὴ τῇ βελτίσῳ γνώμῃ. ὁ δεῖνα δ' καὶ ὁ δεῖνα ἐκ δυναστείας καὶ ἐπηρείας παύτα κατ' σοῦ συνεσκεύασαντο. ὥστε

ἐκείνοις

poſſit, ut vir prudens quiſquam invitus faciat. Itaque ſi in eo diſcrimen poſitum eſt, benéne vel male nobis ſit, quod ea, quæ volumus, libenter; quæ nolumus, inviti faciamus; in promptu hujus rei eſt medela. Nam, ſi omnia, quæ aliter fieri nequeunt, volentes ſubeamus, neque ulli neceſſariæ rei ſuccumbamus; jam illa etiam, quæ invitis nobis obvenire putantur, ſub his comprehenſa erunt. Itaque vetus illud recte admodum ſe habet, debere nos non ea petere ut fiant, quæ volentibus nobis evenirent: ſed ea velle, quæ ex neceſſitate quadam eveniunt. Neque enim vitam noſtro ipſorum arbitrio ducimus, neque noſtra poteſtate ea ſita eſt, ſed ut viſum fuerit fortunæ, ita vivendum eſt: & quale fatum noſtro vitæ curriculo deſtinatum, talem noſtram quoque vitam eſſe neceſſum eſt. Atque hæc ita ſunt, ſive nos velimus, ſive nolimus. Quod ſi te non ignominia hæc, neque ipſum exilium affligit, ſed quod non tantum nulla tua in patriam injuria, verum etiam ſummis tuis in eam beneficiis extantibus, ignominia affectus, & ejectus ea es: hoc tibi reputandum eſt, quandoquidem ita omnino in fatis tibi fuit, ut hæc patereris, hoc tibi pulcherrimum & optimum accidiſſe, quod nullo tuo merito in hanc deveneris calamitatem. Etenim tu pro tuo officio omnia & conſuluiſti civibus tuis, & egiſti: neque ea privatus, ſed conſul: nec ipſe per te negotium aliquod curioſe ſuſcipiens, ſed ſenatuſconſultum ſecutus: non ſeditionis cauſa, ſed ut quam optime reipublicæ conſuleres: contra, certi quidam homines potentia ſua, & lædendi ſtudio adducti, o-

mnia hæc in te machinati sunt. Quo fit, ut illos quidem suæ injustitiæ causa dolere & lugere conveniat: tibi autem pulchrum & necessarium est, ea fortiter perferre, quæ fortuna tibi tua imposuit. Neque vero malles Catilinæ & Lentulo conscleratæ conjurationis socius, atque omnia contra reipublicæ incolumitatem molitus, nihil quod ea tibi jussisset, secutus, domi manere injustitiæ obnoxius; quam, quum officio tuo satisfeciſſes, solum vertere. Jam si exiſtimationis etiam rationem habes, longe præstat, te nullo flagitio admisso patria excidisse, quam perpetrato malo aliquo facinore in ea remansisse. Nam, ut cætera omittam, dedecus profecto non in eum, qui inique in exilium mittitur; sed in eos, qui contra jus eum ejiciunt, redundat. Quanquam ego te accepi, non invitum, aut judicio damnatum, sed ultro abiisse: quod apud eos vivendum diutius tibi nequaquam duceres, quum neque meliores reddere posses, neque cum ipsis perire velles. Itaque non patriam, sed ejus insidiatores reliquisti: qui profecto extorres, & ignominia notati sunt, quod omnia bona ex animis suis profligaverint. Tu vero honoratus felixque es, neque cum dedecore servire opus habens, & rebus necessariis ad vitam affluens: sive in Macedonia, sive alibi terrarum vivere statueris. Neque enim loca ipsa felicitatem beatitatemve ullam afferunt homini, sed unusquisque nostrum ipse sibi & patriam & vitam beatam, omni tempore, ubicunque locorum efficit. Hæc intelligens Camillus, haud gravatim Ardeæ habitavit: hæc Scipio reputans, absque moleſtia Literni

ἐκείνοις μὴ καὶ ἄχθεσθαι καὶ λυπεῖσθαι δεῖ τῇ ἀδικίᾳ προσήκει. σοὶ δὲ δή, ἀνδρείως φέρειν τὰ δόξαντα τῷ δαίμονι, καὶ καλὸν καὶ ἀναγκαῖόν ἐστιν. ὁ γάρ τι μᾶλλον ἂν ἐθελήσειας τῷ τε Καπλίνᾳ συμπροσέξας, καὶ τῷ Λεντύλῳ συνομόσας, καὶ πάντα μὲν ἐναντία τῇ συμφερόντων τῇ πατρίδι παρανέσας, μηδὲν δὲ τῶν προσηκόντων σοὶ ὑπ' αὐτῆς ποιήσας, οἴκοι μένειν ἀδικήσας, κατορθώσας φυγεῖν. ὧν εἰ καὶ τῆς δόξης σοὶ μέλει, πολλῷ πού σε αἰρετώτερόν ἐστι, μηδὲν ἀδικήσαντά σε ἐκπεπτωκέναι, ἢ κακουργήσαντά τι, οἴκοι μεμενηκέναι. τά τε γὰ ἄλλα, καὶ ἡ αἰσχύνη, τοῖς ἀδίκως ἐκβάλλεσι πρὰ, ἀλλ' ὃ τῷ κατ' ἐπιρρειαν ἐξαγαθέντι, προσήνεται. καίτοι ἔγωγε ἀκήκοα τοῦθ', ὅτι τὼ ἄκων ὑδ' ἀλλὲς μετέστησας, ἀλλ' ἐθελοντὴς ἐμίσησας τὸν μετ' αὐτῆς βίον· ἅτε μήτε βελτίους σφᾶς ποιῆσαι δυνάμενον, μήτε συναπολέσθαι σφίσιν ὑπομένων· καὶ ἔφυγες οὐ τὼ πατρίδα, ἀλλὰ τὲς ἐπιβουλεύοντας αὐτῷ. ὥς' ἐκεῖνοι μὴ κὴ ἐξόρκεσαι εἶεν ἂν κὴ ἄπρακτοι, πάντα ἀγαθὰ ἐκ τῆς ψυχῆς ἐκβεβληκότες· σὺ δὲ ἐπίτηδες κὴ ὑδαμῶν, μήτ' αὐτόπτης πρὶ δυλεύων, κὴ πάντα τὰ προσήκοντα ἔχων· ἄν τε ἐν Μακεδονίᾳ, ἄν τε κὴ ἄλλοδί πε τῆς οἰκουμένης ζῆν ἐθελήσῃς. ὁ γὰ δίπτε τὰ χωρία ὅτε τυγχίσιν ὄντε κακοδαιμονίαν πρὰ δίδωσιν, ἀλλὰ καὶ αὐτὸς ἕκαστος αὑτῷ κὴ παιδεία καὶ εὐδαιμονίαν ἀεὶ κὴ παντα χῆ πρεῖ. κὴ τοιοῦτ' ὁ Κάμιλλος εὖ γόασκε, ἡδέως ἐν Ἀρδέᾳ κεἰώκεσι τοῦτ' ὁ

Σκιπίων λογισάμενος, ἀλύπως ἐν Λιτέρνῳ κατοικίαν. τί γὰρ δεῖ τὸ Λεοντείδου, τί δὲ τὸ Θεμιστοκλέους λέγειν; ὃς ἐνδοξοτέρους ἢ φυγὴ ἐποίησε. τί τὸ Ἀνύτου; τί τὸ Σόλωνος; ὃς ἐκὼν ἔτη δέκα ἀπεξενώθη. μὴ οὖν μηδὲ σὺ μήτε χαλεπόν τι τῶν τοιούτων, ἃ μήτε τῷ σώματος μήτε τῇ τῆς ψυχῆς ἡμῶν φύσει προσήκει, νόμιζε εἶναι, μήτ' ἀγανάκτει τοῖς προσπίπτουσιν. ἐδὲ γὰρ ἐπ' αἱρέσει τις ὅζιν ἡμῖν τὰ ζῆν ὅπως ἂν θελήσωμεν, ὥσπερ εἶπον· ἀλλ' ἀνάγκη πᾶσα ὑπομένειν ἡμᾶς τὰ δοκοῦντα τῷ δαιμονίῳ. τότε δὲ ἂν μὴ ἐθέλοντα ποιῶμεν, ἐ λυπησόμεθα· ἂν δὲ ἀκόντως, ἐδὲ ἐκφαυλίζομέθά τι τῶν προσφερομένων, καὶ τὸ μέγιστον τῶν κακῶν προσπεπτωκόσμεθα, τὸ μάτην αἰᾶσθαι. τεκμήριον δὲ, ὅτι οἱ μὴ καὶ τὰ ἀτυπώτατα δύκολως φέροντες, ἐν ἐδενὶ δεινῷ καθεστηκέναι νομίζουσιν· οἱ δὲ καὶ τοῖς ἐλαφροτάτοις βαρυθυμοῦσι, πάντα τὰ ἐξ ἀνθρώπων κακὰ ἔχειν ὑποπτεύουσιν. καὶ ἕτεροι, οἱ μὲ τὰ ἀμείνω κακῶς, οἱ δὲ καὶ τὰ χείρω καλῶς μεταχειριζόμενοι, τοιαῦτα καὶ τοῖς ἑκάστοτε δοκεῖν δεῖ ποιοῦσιν, οἷα αὐτοῖς ἔθος παρασκευάζουσι. καὶ σὺ οὖν, ταῦτα λογιζόμενος, μήτε τοῖς παροῦσιν ἄχθου, μήτ', ἂν τῶν ἐκλελοιπότων σε εὐτυχούντων πνυθάνῃ, λυποῦ. κωφαὶ μὲν γὰρ, καὶ ἐφήμεροι καὶ ἄλλως αἱ τῶν ἀνθρώπων δυσχερείαι εἰσί· καὶ ὅσῳ ἂν μᾶλλόν τις αὐτὰς ἐπαύξῃ, ῥᾷον ὥσπερ πνεῦμα πίπτει, μάλιστα δὲ ἐν ταῖς κάτισιν. ἅτε γὰρ ἐν τεταραγμένοις καὶ ἀκαταστάτοις πράγμασι φερόμενοι,

ni vitam exegit. Quid enim Ariſtidem referam, quid Themiſtoclem? quorum gloria exilio aucta eſt? quid Annium? quid Solonem? qui conſulto decennium a patria abfuit. Et tu igitur, ne quid horum, quæ neque ad corpus, neque ad animum pertinent, grave judica, neque indigne tuos caſus fer: quandoquidem nulla nobis optio vivendi noſtro arbitrio propoſita eſt, ut dixi; ſed neceſſe omnino habemus omnia tolerare, quæ de nobis fortuna ſtatuerit. Quod ſi hoc ſponte noſtra fecerimus, dolore vacabimus: ſin noluerimus, neque ea, quæ fatum nobis deſtinavit, effugiemus: & inanes præterea in dolores, ſummum illud malum, incidemus. Cujus evidens indicium eſt, quod alii mortales etiam res adverſiſſimas leviter ferunt, ſeque nullo malo conflictari cenſent: alii leviſſimis oppreſſos ſe arbitrantes, nullum a ſe malum quod in hominem cadere poſſit, abeſſe putant: itemque alii proſperos eventus male, alii duros recte accipiunt; efficiuntque, ut res iſtæ tales aliis eſſe judicentur, quales illi ferendo eas eſſe oſtenderunt. Hæc cum animo tuo cogitans, neque præſentem ſtatum iniquo fer animo; neque, ſi eos, qui te profligavere, fortuna ſecunda uti audies, id tibi moleſtiam afferat. Ea eſt enim humanarum felicitatum alioquin conditio, ut momentaneæ ſint, inque diem durent: ac quanto quis majora ab his incrementa accipit, tanto facilius auræ inſtar concidit: idque præcipue in ſeditionibus. Quippe homines, qui in perturbatis fluctuantibuſq; rebus verſantur, parum aut nihil potius ab iis differunt, qui tempeſtate jactantur. Eodem e-

nim modo ſus deque, & in omnes partes abripiuntur: ac ſi quid eos vel minimum fefellerit, prorſus ſubmerguntur. Ac, ne tibi vel Druſi, vel Scipionis, vel Gracchorum, aliorumve exempla commemorem; memoria tenes, quomodo Camillus quondam exul, deinceps poſt ſervatum à ſe Capitolium vita functus ſit: meminiſti, quantum Ariſtides ab exilio ſuo Themiſtocli præſtiterit. Igitur tu quoque ſperare quidem in primis debes, futurum, ut in patriam reducaris: (neque enim ob aliquod tuum facinus injuſtum ea pulſus es: atque audio, ab iis ipſis, quorum opera ejectus es, te requiſitum iri, deſideratum autem ab omnibus:) ſin præſens tibi ſtatus habendus eſt, ne ob hunc quidem quicquam te affligere debes. Verum, ſi meo conſilio obtemperaveris, aliquod tibi prædium maritimum deliges, ab hominum frequentia remotum: ibi agriculturæ vacabis, & te ad ſcribendum, exemplo Xenophontis Thucydidiſque, conferes. Ea enim pars philoſophiæ diutiſſime permanet, ac omni homini, omni adminiſtrationi reipublicæ convenit: ad quam otium magis idoneum exilium confert. Itaque ſi immortalitatem conſequi cupis, quemadmodum & iſti conſecuti ſunt, imitare eos. Etenim nulla re neceſſaria cares, neque ullius honoris indiges, ac ſi quid etiam in illis boni eſt, conſulatum geſſiſti: atqui iterum, tertium, vel quartum in magiſtratu fuiſſe, nihil aliud ſecum fert, quam inanes literas, quæ neque vivo, neque mortuo quicquam conducunt: ut non Coruinus potius, aut Marius ſeptem conſulatibus nobilis, quam Cicero, eſſe velle debeas. Cæterum

te

γοι, μαχρὸν, μᾶλλον δ' ὀδὸν τὴν χειμαζομένων ἀφαίρεσιν, ἀλλ' ἄνω τε καὶ κάτω, ποτὲ μὲν δεῦρο, ποτὲ δ' ἐκεῖσε· κἂν ἄρα τι καὶ τὸ βραχύτατον σφαλῶσι, παντελῶς βαπτίζονται. καὶ ἵνα γε μήτε τὸ Δρῆσον, μήτε τὸ Σκιπίωνα, μήτε τὸς Γράκχους, ἢ καὶ ἄλλους πολὺς εἶπω, μέμνησθε μὲν, ὅπως ὁ Κάμιλλος ὁ φυγὰς ἄμεινον τὴν Καπιτωλίου, μὴ ταῦτα ἀπίλλαξε· μέμνησθε δ', ὅσον Αεισχίδης τὸν Θεμιστοκλέους ὕστερον δεδώκεικεν. ὥστε καὶ σὺ μάλιστα μὲν ἔλπιζε καὶ καταχθήσεσθαι· (εἴτε γὰρ ἐξ ἀδικίας ἐξεπέλασαν καὶ ὀπίζω πήσεσι μὴ σε, ὡς πεισθήσομαι, καὶ αὐτοὶ οἱ ἐκβεβληκότες, ποθήσουσι δὲ πάντες) ἂν δὲ μὴ τοῖς παροῦσιν ἐμμένῃς, μήποτε ἀνιαθῇς. ἐπὶ τούτῳ μηδέν. ἂν μὲν γάρ μοι πειθῇς, καὶ πάνυ ἀγαπήσεις χωρίον τι τῆς θαλάσσης ἔξω πάσης ἐκπεφευγὸς, καὶ ἐν αὐτῷ γεωργῶν τε ἅμα καὶ συγγράφων τι, ὡς Ξενοφῶν, ὡς Θουκυδίδης. τό τε γὰρ εἶδος τοῦτο τῆς σοφίας ἀφορμὰς ἔσχατον ὄζει, καὶ παντὶ μὲν ἀνδρὶ, πάσῃ δὲ πολιτείᾳ ἁρμοδιώτατον· καὶ ἡ φυγὴ φέρει πολλοὺς γοῦν μωτέραν. ὡς ἴσθι ὄντως ἀθανάτου, καθάπερ ἐκεῖνοι, ἡμέδαπα ἐθέλεις, ζήλωσον αὐτούς. τά τε γὰρ ὀπτήδεια ἀρκοῦντα ἔχεις, καὶ ὅτ' ἀξιώσεις πολὺς φεύσεται. εἰ γάρ τι καὶ ἐν τούτοις ἀγαθὸν ὄζει, ὑπάτους· καὶ πλέον ὀδὸν τοῖς καὶ δεύτερον καὶ τρίτον ἢ καὶ τέταρτον ἄρξασι, πλοῦ χαμαίτων ἀεθμῷ κενῶν, ὑπαρχεῖ, ἃ μήτε ζῶντα μήτε ὑποθανόντα πολὺ ὠφελεῖ. ἔκειν ἂν ἔλοιο ὅτε Κυρίνου, ὅτε Μαείου, ὁ ἐπάκις ὑπατεύσας,

μᾶλλον

μᾶλλον ἢ Κικέρων εἶ). ὅτ' οὖν ἠγριωίας πνὸς ἐπιθυμεῖς, ὅς γε καὶ τὴ δοθεῖσ σοι ἐξέσης, καταφρονήσας μὲ τῆσ ἀπ' αὐτῆς κρδῶν, καταφρονήσας ὃ καὶ τ ὀλιγοχρονίε τε καὶ ὑπαθιώδ πᾶσι τοῖς συνοφαντεῖν ἐτέλεσιν ἐξωσίας. καὶ ταῦτ' εἰπον, ἐχ' ὅπ καὶ αἰναισχῦντον αὐτῆσ πρὸς εὐδαιμονίαν ὄζιν, ἀλλ' ὅπ καὶ ἐν τοῖς πολιτικοῖς, ἐπεὶ πρ ἐχρῆν, ἱκανῶς ἐξητάσθη, ἵνα καὶ ἐξ ἐκείνων τὸ διάφορον τῆσ βίων μαθὼν, τὰ μὲ ἕλῃ, τὰ δὲ ἀπωθήσῃ· καὶ τὰ μὲ διάξῃς, τὰ δὲ φύγῃς. σμικρὸς γὸ ὁ βίσ ἡμῖν· καὶ δεῖ σε, ὅσον ἦτε ἡσυχία τ παραχῆς, καὶ ἡ εὐροια τ ἀορυβῶν, ἐλαθεριὰ τῆς δυλείας, καὶ ἡ ἀσφάλεια τῆσ κινδύνων ἀφέρει· ἵν' ἐπιθυμήσῃς ζῆσαι, ὡς ἐγὼ σοι παραινῶ. ὕτω μὲ γὸ εὐδαιμονήσεις, καὶ σὲ μέγα ὄνομα, καὶ τᾶτο ἀεὶ καὶ ζῶντος ἐπὶ τύτῳ καὶ τελευτήσαντ ἔσαι. ἂν δὲ δι' τὼ κίνδυνον ἀποδύσῃς, καὶ τ ἐν τῇ πολιτείᾳ λαμπρότητα ζηλώσῃς, δυσερὲς μὲ ἀλλὰ εἰπεῖν βάλομαι· φοβοῦμαι δὲ, ἐς τε τὰ πρεσβύματα ὑπολέπων, καὶ τ σὼ παῤῥησίαν ἐννοῶν, τύ τε δυώμιν καὶ τὸ πλῆθ τῆσ ἀνλισατικῆσ σου θεωρῶν, μήποτέ τι καὶ αὖθις σφαλῇς. καὶ εἰ μὲ ἐν φυγῇ γλύσιο, μεταγνώσῃ μὼ· εἰ δέ τι ἕτερον ἀνήκεσον πάθοις, ὐδὲ μετανοῆσαι δυνήσῃ. καίτοι πῶς μὲ ὁ δεινὸν, πῶς δ' οὐκ αἰσχρὸν, ὑπομηθῶναί τε τινὸς τ κεφαλλιὼ, καὶ ἐς τ ἀγορὰν τεθνᾶναι· καὶν ὕτω τύχῃ, καὶν ἄνδρα τινὰ αὐτῇ, καὶν γυναῖκα ἐνυβείσαι; καί με μὴ ὡς φαῦλα σοὶ οἰωνιζόμενόν μισήσῃς, ἀλλ' ὡς διοσημείαν τινὰ προδεικνύντα φύλαξαι,

te magistratum expetere non arbitror, qui oblatum tibi repudiaris, contempto quod ex eo habetur emolumento, spretaque brevi illa potentia, quæ omnibus calumniari volentibus exposita est. Quæ ego non eo recensui, quasi ad beatitatem necessario requirerentur; sed ut videres, si omnino ita opus fuisset, tamen te in republica etiam satis diu versatum: ut ex iis [quæ dixi] animadverso institutorum vitæ discrimine, alterum deligeres, alterum abjiceres: hoc persequereris, illud fugeres. Exigua enim est vitæ nostræ portio: itaque tibi opus est, quanto tranquillitatem perturbatione, quietem tumultu, libertatem servitute, securitatem periculis potiorem cognoveris; tanto magis id vitæ genus amplecti, ad quod te adhortor. Sic enim cum tu beatus, tum tuum & viventis & mortui nomen magnum erit. Quod si in reditum & splendorem in republica incumbas, nolo equidem gravius quicquam dicere: sed tamen in rem ipsam intuens, tuamque in dicendo libertatem considerans, præterea multitudinem potentiamque tuorum adversariorum cernens, vereor ne denuo in periculum adducaris: ac tum quidem, si exulandum tibi fuerit, pœnitentia corripiere: sin vero extrema patieris, ne pœnitentiæ quidem locus erit. Enimvero quis non rem horrendam atque turpem esse judicet, caput hominis amputari, inque foro poni, atque ita ei & viros & mulieres insultare? Ac ne tu me vana tibi prædicentem oderis, sed ea, quæ cœlestibus auguriis comperta prædico, cave Neque vero te id decipiat, quod nonnullos ex potentibus tibi amicos habes: nihil

hil enim tibi eorum quæ nunc videtur amicitia, adverſum inimicos auxilii affert: quod jam nunc expertus es. Quicunque enim potentiam affectant, cætera omnia cupiditati ſuæ poſtponunt; ita ut amiciſſimos etiam, genereque proximos, inimiciſſimorum loco habeant. His auditis Cicero nonnihil dolore levatus eſt.

FINIS.

φιλαξαι. μηδέ σε ἐξαπατάτω τοῦτ', ὅτι καὶ φίλους τινὰς τῆς δυναστείας ἔχεις· οὐδὲν γάρ σε ὠφελήσουσιν οἱ δοκοῦντες φιλεῖν, πρὸς τὸν ἐχθρῶν ἀμείνονι θυμῷ· ὥσπερ που καὶ πεπείρασαι. οἱ γὰρ δυναστείας ἐρῶντες, παρ' οὐδενὶ ποιοῦνται τἄλλα πρὸς τὸ τυγχάνειν ὧν βούλονται, πίθονται· ἀλλὰ καὶ τοὺς φιλτάτους καὶ τοὺς συγχωρεστάτους ἀπὸ τῆς ἐχθέσων ἀντικαταλλάσσονται.

ΠΡΟΔΙΚΟΥ ΗΡΑΚΛΗΣ.

PRODICI HERCULES.

ΠΡΟΔΙΚΟΥ ΗΡΑΚΛΗΣ.

Ηράκλης ἐπεὶ ἐκ παίδων, εἰς ἥβην ὡρμᾶτο, ἐν ᾗ οἱ νέοι ἤδη αὐτοκράτορες γιγνόμενοι δηλοῦσιν, εἴτε ἐπὶ δι' ἀρετῆς ὁδὸν τρέψονται ὁπὶ βίον, εἴτε ἐπὶ δια κακίας ἐξελθὼν εἰς ἡσυχίαν ἐκάθητο ἀπορῶν ὁποτέραν τῶν ὁδῶν τραπητον. καὶ φανῆναι αὐτῷ δύο γυναῖκας προϊέναι μεγάλας· τὴν μὲν ἑτέραν εὐτρεπῆ τε ἰδεῖν καὶ ἐλευθέριον φύσει, κεκοσμημένην τὸ μὲν σῶμα καθαρότητι, τὰ δ' ὄμματα αἰδοῖ, τὸ δ' σχῆμα σωφροσύνῃ, ἐσθῆτι δ' λευκῇ. τὴν δ' ἑτέραν τεθραμμένην μὲν εἰς πολυσαρκίαν τε καὶ [ἁπαλότητα] ἁπλότητα, κεκαλλωπισμένην δὲ τὸ μὲν χρῶμα, ὥστε λευκοτέραν τε καὶ ἐρυθροτέραν τοῦ ὄντος δοκεῖν φαίνεσθαι· τὸ δ' σχῆμα, ὥστε δοκεῖν ὀρθοτέραν τῆς φύσεως εἶναι· τὰ δὲ ὄμματα ἔχειν ἀναπεπταμένα· ἐσθῆτα δ', ἧς ἂν μάλιστα ὥρα λαμπροὶ· καὶ ἀσκοπεῖσθαι δ' ἅμα ἑαυτήν· ὥστε σκοπεῖν δ', καὶ εἴπερ ἄλλος αὐτὴν θεᾶσθαι· πολλάκις δὲ καὶ εἰς τὴν ἑαυτῆς σκιὰν ἀποβλέπειν. ὡς δ' ἐγένετο πλησίεστον τοῦ Ηρακλέους, τὴν μὲν πρόσθεν ἐνδεῶς ἰέναι τὸν αὐτὸν τρόπον· τὴν δ' ἑτέραν φθάσαι, βουλομένην προσδραμεῖν τῷ Ηρακλεῖ, καὶ εἰπεῖν·

Ορῶ σε, ὦ Ηράκλεις, ἀπορῶντα ποίαν ὁδὸν ὁπὶ ἐπὶ βίον τράπῃ. ἐὰν οὖν ἐμὲ φίλην ποιησάμενος, ὁπὶ

ὅπῃ ἥδιστόν τε καὶ ῥᾴστόν ὁδὸν ἄξουσι, καὶ σὺν μὲν πόνοις ἡδονὰς ἀγάθους ἕσῃ, σὺν δὲ κακίαις ἀπείρους ἀφελήσῃ. πρῶτον μὲν γὰρ, ἐ πολέμων, ἐ δὲ πραγμάτων φροντιεῖς, ἀλλὰ σκοπούμενος ἐρέσῃ, τί ἂν κεχαρισμένον, ἢ φίλτατον ἢ ποθεινότατον ἀκούοις, ἢ τί ἂν ἰδὼν τερφθείης, ἢ τίνων ὀσφραινόμενος ἢ ἁπτόμενος ἡδείης· πίσι δὲ παιδικοῖς ὁμιλῶν, μάλιστ' ἂν εὐφρανθείης· καὶ πῶς ἂν μαλακώτατα καθεύδοις, καὶ πῶς ἂν ὑπνώττοις τούτων πάντων τοιούτοις. ἐὰν δήποτε γλυκυπάθειά τις ὑποψία [ἀσπάσιος.] ἀσπάσιως ἀφ' ὧν ἔσῃ τούτων, ἔ φόβος, μή σε ἀλγύνῃ ὄπι τὰ πονοῦντα καὶ ταλαιπωροῦντα περὶ σώματα καὶ τῇ ψυχῇ ταῦτα ποιεῖσθαι, ἀλλ' οἷς ἂν οἱ ἄλλοι ἐρᾴζωνται, τούτοις σὺ χρῆσῃ, ἡδέως ἀπιχώμενος, ὅθεν ἂν δυνατὸν ᾖ τι κερδαίνειν. πανταχόθεν γὰρ ὠφελεῖσθαι παρέχω. καὶ ὁ Ηράκλης ἀκούσας ταῦτα, ὦ γύναι, ἔφη, ὄνομα δέ σοι τί ὄστιν; ἡ δέ, οἱ μὲν ἐμοὶ φίλοι, ἔφη, καλοῦσί με Εὐδαιμονίαν· οἱ δὲ μισοῦντές με ὑποκοριζόμενοι, ὀνομάζουσίν με Κακίαν.

Καὶ ἐν τούτῳ ἡ ἑτέρα γυνὴ προσελθοῦσα εἶπεν· καὶ ἐγὼ ἧκω πρὸς σέ, ὦ Ηράκλεις, [ἡ δυνατὸς τύχε] εἰ δυνατὸς γνῶναι τύχε σε καὶ τὴν φύσιν τὴν σὴν ἐν τῇ [παιδίᾳ]

δίᾳ] παιδείᾳ καταμαθεῖν, ἐξ ὧν ἐλπίζω, εἰ τίς σοὶ πρὸς ἐμὲ ὁδὸν τράποιο, σφόδρ' ἄν σε τῆς καλῶν τε καὶ σεμνῶν ἐργάτιν ἀγαθὸν γενέσθαι. καὶ ἐμὲ ἔτι πολὺ ἐντιμοτέραν καὶ ἐπ' ἀγαθοῖς λαμπροτέραν φανῆναι. οὐκ ἐξαπατήσω δέ σε τοιούτοις ἡδονῆς, ἀλλ' ἅπερ οἱ θεοὶ διέθεσαν, τὰ ὄντα διηγήσομαι μετ' ἀληθείας. σοὶ γὰρ ὄντων ἀγαθῶν καὶ καλῶν, οὐδὲν ἄνευ πόνου καὶ ἐπιμελείας θεοὶ διδόασιν ἀνθρώποις. ἀλλ' εἴτε τὸν θεὸν ἵλεών τις) σοι βούλει, θεραπευτέον τὸν θεόν· εἴτε ὑπὸ φίλων ἐθέλεις ἀγαπᾶσθαι, τοὺς φίλους εὐεργετητέον· εἴτε ὑπό τινος πόλεως ἐπαινεῖσθαι πᾶσαν, τὴν πόλιν ὠφελητέον· εἴτε ὑπὸ τῆς ἑλλάδος πάσης ἀξιοῖς ἐπ' ἀρετῇ θαυμάζεσθαι, τὴν ἑλλάδα πειρατέον εὐποιεῖν· εἴτε τὴν γῆν θεραπευτέον· εἴτε ὑπὸ βοσκημάτων οἴει δεῖν πλουτίζεσθαι, τῆς βοσκημάτων ἐπιμελητέον· εἴτε διὰ πολέμου ὁρμᾷς αὔξεσθαι, καὶ βούλει δικαίως τούς τε φίλους ἐλευθερῶν, καὶ τοὺς ἐχθροὺς χειροῦσθαι τὰς πολεμικὰς τέχνας παρὰ τῶν ἐπισταμένων μανθητέον, καὶ ὅπως αὐτοῖς δεῖ χρῆσθαι ἀσκητέον. εἰ δὲ καὶ τῷ σώματι βούλει δυναστὸς εἶναι), τῇ γυμνάσει ὑπηρετεῖν ἐθιστέον τὸ σῶμα, καὶ γυμνάστεον σιτίοις καὶ ἐδρῶπι.

Καὶ

PRODICI HERCULES.

HErcules cum primum pubeſceret (quod tempus à natura, ad eligendum quam quiſque viam vivendi ſit ingreſſurus, datum eſt) exiit in ſolitudinem, atque ibi ſedens diu multumque dubitabat cum duas cerneret vias, unam Voluptatis, alteram Virtutis, utram ingredi melius eſſet? Interim autem ipſi fœminas duas apparuiſſe ſtatura grandes: alteram aſpectu decenti, liberalique ingenio, ornatu corporis nitido, pudorem in aſpectu præferentem, & modeſtiam in geſtu, veſte candida indutam: alteram corpulentioris habitudinis, & ſimpliciter educatam, ornatu exquiſito cultam: ſic arte coloratam, ut & candorem cutis & ruborem majoris veris ementiretur: in motu corporis atque habitu ita affectam, ut procerior appareret, quam ferebat nativa magnitudo: oculis etiam expaſſis: tum ea veſte indutam, quæ maximum corporis decorem efficeret: interim ſeipſam oculis circumactis perluſtrantem, identidemque aſpectantem, ecquis in ſe oculos converteret, atque umbram ſuam obſervantem. Quæ cum jam propius Herculem acceſſiſſet, illam alteram ſupra dictam pariter progredi inſtitiſſe: verum hanc antevertere illi volentem, curſu ad Herculem veniſſe, atque his verbis loqui cœpiſſe:

Video te Hercules addubitantem, quam viam tandem ineas vitæ, qui ſe me amica atq; auctore uti tibi perſuaſeris, ego te in viam jucundiſſimam ſimul & facillimam du-

cam,

cam,& oblectabilium quidem rerum omnium impartiam tibi gustum: gravium autem rerum omnium ad extremum usque faciam te expertem. Jam primum bellorum negotiorumque cura vacabis, in eaque demum cogitatione tute versabere, considerandum in primis ut habeas, quid cibi, quid potus invenias quod tibi gratissimum sit, quid oculos tuos oblectet, quid tactum, quid olfactum, tibi sit jucundissimum: quibus amoribus genio tuo indulgere, quonam modo mollissime dormire, qua ratione omnibus perfrui voluptatibus, nulloque negotio possis. Cave vero in mentem tibi veniat, periculum esse ac metuendum tibi, ne quando in desiderium incidas earum rerum, unde hæc quæ dixi suppeditari solent. Veto te hæc vereri. Nequaquam enim ad vitam te ducam laboris ac ærumnæ tolerantem aut animo aut corpore, ut inde suavitates hujusmodi suppetere tibi possint. Et quidem cum alienis fruere laboribus tum ab re nulla temperabis, unde capturæ quippiam accedere posse videatur. Quippe hujusmodi licentiam sectatoribus meis largior, ut commoda sua comparent undique, & augeant. Quæ cum Hercules audisset: Quodnam autem mulier, inquit, nomen tibi est? Tum illa: Amici (inquit) mei, Felicitatem: at qui me oderunt, vim hujus vocabuli volentes imminuere, me appellant Inertiam.

Interea mulier illa altera accedens: Ego quoque ipsa (inquit) ad te, Hercules, venio, ut quæ & parentes tuos noverim, & tuum ingenium ad percipiendam institutionem meam:

meam: ſperoque, ſi viam ad me ferentem tute ingrediare, futurum te ſane ſtrenuum actorem honeſtarum rerum atque gravium, indeque honoratiorem me ipſam viſum iri, atque bonam in partem inſigniorem. Cæterum nequaquam expectes, ut fucum tibi faciam exordiorum concinnitate voluptuaria. Nam ut dii ſtatuerunt, ita rerum veritatem ſimpliciter commemorabo. Atqui eorum quæ bona & honeſta ſunt, nihil dii citra laborem ipſi, & curam, hominibus dare ſolent: quos quidem ipſos ſi tibi propitios eſſe cupis, dii tibi colendi ſunt ipſi. Si ab amicis amari, amici quoque beneficiis emerendi ſunt. Sin in civitate aliqua honorem tibi haberi, utilem te præbere civitati illi oportet. Quod ſi per univerſam Græciam animus fert admirationem tui ciere, ipſa tibi Græcia quodam eſt afficienda beneficio. Porro autem, ſi terram abunde tibi fruges fundere vis, ipſa tibi terra excolenda eſt. Et ſi à negotiatione pecuaria facere rem atque augere inſtituiſti, ipſa tibi pecora diligenter accuranda ſunt. Sin imperium cœpiſti bellicis ex rebus faſtigium tuum attollendi amicis tuis in libertatem aſſerendis, inimicis ſervituti mancipandis, cum ita tibi viſum fuerit: utique faciendum tibi eſt ut artes militares ediſcas ab iis, qui eas docere idonei ſunt, & apti: earumque uſum cum didiceris, ut exercitatione confirmes. Poſtremo ſi in animo tibi eſt athleticam corporis firmitatem comparare, corpus eſt tibi ſervituti animi aſſuefaciendum, laboribuſque & ſudore exercendum.

Cujus

Cujus ſermonem Inertia excipiens; Animadvertis (inquit) ô Hercules, quam moleſtam tibi viam, & quam longam ad gaudia, mulier iſta tibi expoſuerit? At ego vero & prona te via, & brevi ad felicitatem perductura ſum.

Tum Virtus: O miſera tu (inquit) quid boni tandem habes? imo vero ecquid omnino ipſa ſuavitatis noſti? num tu harum parandarum ergo agere quicquam ſuſtines, quæ ne jucundorum quidem deſiderium cupiditatemque expectes, deſiderio vero antevertens, expleri omnibus iis ſolita ſis? antequam eſuris, cibum ſumens: priuſquam ſitis, bibens: & ut ſuaviter epuleris, eduliorum artifices exquiris: ut bibas item ſuaviter, vina pretioſa coemens: æſtate (ſi diis placet) undique nivem expetens: jam vero jucunde ut ſopiare; non molles modo lectos ſternendos tibi locas, ſed lecticas etiam ipſas molliculas, earumque ſcamna facienda tibi mollia curas: nimirum quæ non ſomni laboriſque viciſſitudine inſtitueris uti, ſed idcirco dormire, quia nihil aliud habeas potius quod facias: tum venerem ignavam exquiſitis machinamentis cieas, ſuapte vi immotam. En quæ tui diſcere ex te amici cupiant, ut per laſciviam noctes, diei optimam partem per ſopores exigant. Quocirca immortalis cum eſſes, ex deorum curia ejecta es: à mortalibus quoque deſpecta, qui probitate cenſentur. Denique orbata ſimul acroamate jucundiſſimo, laudari te ut nunquam audieris: ſimul ſpectaculo ſane vitendo, nunquam ut opus aliquod tuum ſpectaris aut

put-

Καὶ ἡ Κακία ὑπολαβοῦσα εἶπεν, ἐννοεῖς, ὦ Ἡράκλεις, ὡς χαλεπὴν καὶ μακρὰν ὁδὸν ὁπὶ τὰς εὐφροσύνας ἡ γνώμη σοι αὕτη διηγεῖται; ἐγὼ δὲ ἑαδίαν καὶ βραχεῖαν ὁδὸν ὁπὶ τὴν εὐδαιμονίαν ἄξω σε.

Καὶ ἡ Ἀρετὴ εἶπεν· ὦ τλῆμον, τί δὲ σὺ ἀγαθὸν ἔχεις, ἢ τί ἡδὺ οἶδα, μηδὲν τούτων ἕνεκα πραττόμενον ἐθέλουσα; ἢ τις ὑδὲ τὴν περὶ ἡδέων ἐπιθυμίαν ἀναμένουσ', ἀλλὰ πρὶν ἐπιθυμῆσαι, πάντων ἐμπίπλασαι· πρὶν μὴ πεινῆν ἐσθίουσα, πρὶν δὲ διψῶ πίνουσα· ἵνα μὴ ἡδέως φάγοις, ὀψοποιοὺς μηχανῶμαι· ἵνα δὲ ἡδέως πίνῃς, οἴνους τε πολυτελεῖς ἐπασκεδάζω, καὶ τοῦ θέρους χιόνα περιθέουσα ζητεῖς· ἵνα δὲ καθυπνώσῃς ἡδέως, οὐ μόνον τὰς στρωμνὰς μαλακὰς, ἀλλὰ καὶ τὰς κλίνας, καὶ τὰ ὑποδραπα τῶν κλινῶν, παρασκευάζεις· οὐ γὰρ διὰ τὸ πονεῖν, ἀλλὰ διὰ τὸ μηδὲν ἔχειν ὃ, τι ποιεῖς, ὕπνα ἐπιθυμεῖς. τὰ δ' ἀφροδίσια, πρὸ τοῦ δέεσθαι ἀναλισκάζεις, πάντα μηχανωμένη, καὶ γυναιξὶ καὶ ἀνδράσι χρωμένη· ὥστε γὰρ παιδιὰς τὰς ἑαυτῆς φίλτρα, τῆς μὲν νυκτὸς ὑβρίζουσα, τῆς δ' ἡμέρας τὸ χρησιμώτατον καταισχύνουσα. ἀθάνατος δὲ ὄσα ἐκ θεῶν μὴ ἀπέφθασαι, νέον δὲ ἀνθρώπων ἀγαθῶν ἀπομάζῃ. ἢ γὰρ πάντων ἡδίστου ἀκόσμαλος ἐπαίνου ἑαυτῆς ἀνήκοος εἶ, καὶ τοῦ πάντων ἡδίστου θαύματος ἀθάτος.

ὑδὲν

ἡδὲν γὸ πώποτε σαυτῆς ἔργον κρεῖττον τὰ δίασω.

Τίς δ' ἂν σοι λεγέσῃ τι πιστεύσει; τίς δ' ἂν δεομένῃ πρὸς ἐπαρκέσειεν; ἢ τίς ἂν ἐῦ φρονῶν τὰ σᾶ διάσω τολμήσειν εἶναι; οἱ νέοι μὲ ὄντες, τοῖς σώμασιν ἀδυώτοι εἰσὶ· πρεσβύτεροι δ' ἡλιθιώτεροι, ταῖς ψυχαῖς ἀνόητοι. ἀπόνως μὲ λιπαροὶ διὰ νεότητος διαφθείρονται, ὀπόνως δ' ἀχμηροὶ διὰ γήρως παρῶνται, τοῖς μὲ πεπραγμένοις αἰσχυνόμενοι, τοῖς δὲ πραττομένοις βαρυνόμενοι, τὰ μὲ ἡδέα ἐν τῇ νεότητι ἀφαιρούμενοι, τὰ δὲ χαλεπὰ εἰς τὸ γῆρας ἀποτίθενται. ἐγὼ δὲ σώσειμι μὲ θεοῖς, σώσειμι δὲ ἀνθρώποις τοῖς ἀγαθοῖς. ἔργον δὲ καλὸν ὅτε θεῖον, ὅτε ἀνθρώπινον χρεὼς ἐμῷ γίγνεται· πρωτεῖα δὲ μάλιστα πάντων τῇ καὶ θεοῖς καὶ ἀνθρώποις οἷς προσήκει. ἀγαπητὴ μὲ γὰ συνεργὸς τεχνίτης, πιστὴ δὲ φύλαξ οἰκῶν δεσπότης, εὐμενὴς δὲ θεραπὼν οἰκέτης, ἀγαθὴ δ' συλλήπτρια ἐν εἰρήνῃ πόνων, βεβαία δὲ ἐν πολέμῳ σύμμαχος ἔργων, ἀρίστη δὲ φιλίας κοινωνός. ὅτι δὲ τοῖς μὲν ἐμοῖς φίλοις, ἡδεῖα μὲ καὶ ἀπρόσμαχον σίτων καὶ ποτῶν ἀπόλαυσις. ἀνέχοντα γὸ ἕως ἂν ὀπόθυμήσωσιν αὐτῶν. ὕπνος δ' αὐτοῖς πάρεστιν ἡδίων, ἢ τοῖς ἀμόχθοις· καὶ ὅτι ἀπολιπόντες αὐτὸν ἄχθονται, ὅτε διὰ τοῦτον μεθιᾶσι τὰ δέοντα πράττειν. καὶ οἱ μὲ νέοι τοῖς θεῖοι πρεσβυτέρων ἐπαίνοις χαίρουσι· οἱ δὲ γεραίτεροι, τῶν θεῖων νέων πραξίων ἀγάλλονται, καὶ ἡδέως μὲν θεῖα παλαιῶν

pulchrum, aut honeſtum. [*Hactenus Budæus. Reliqua Beſſario convertit, hoc modo.*]

Quis igitur, cum aliquid dicas, crederet tibi? aut cum indigeas, quicquam tibi præſtaret? Aut quis ſuæ compos mentis voluerit inter tuos connumerari, qui in juventute quidem corporibus debiles, in ſenio vero amentes efficiuntur? cum adoleſcentiam cum pigritia in delitiis peragant, in ſenio autem multis laboribus & infirmitatibus confringantur: quique verecundati ſuper his quæ egerunt non tamen minus ſuper his quæ agunt gravantur: tanquam qui in juventute omnibus voluptatibus affecti, in ſenectutem ſibi omnia moleſta ſervarunt. Ego vero ſum quidem cum diis, adſum vero bonis hominibus: nihilque operis boni, neque divini, neque humani, ſine me fieri poteſt: magiſque aliis omnibus, & apud deos, & apud homines optimos, honoribus fruor. Etenim deſiderata cooperatrix artificibus ſum, fida domorum dominis cuſtos, benevola famulis patrona, operum quæ pacis ſunt bona coadjutrix, bellicorum firmiſſima ſocia, amicitiæ optima conſors. Ad hæc autem, meis neceſſariis ſuavis atq; promta cibi potuſque fruitio eſt: exſpectant enim quouſque alia deſiderent. Somnus autem voluptuoſior illis, quam otioſis evenit: & neque excitati moleſte ferunt, neque ab illo detenti, quæ agenda ſunt, negligunt. Juniores autem gaudent ſeniorum laudibus: ſeniores vero lætantur juniorum honoribus. Res quoque geſtas à priſcis jucundiſſime memoria repetendo,

non minori cum jucunditate res eis præsentes peragunt: quas ob res diis amati, desiderati amicis, honorabiles patriis efficiuntur. Cum vero fatis datus finis pervenerit, non oblivioni traditi sine honoribus jacent: sed memoria homini commendati, in æternum florent. Hæc, ô Hercules, inquit, bonorum parentum fili, sudoribus licet exercendo beatissimam felicitatem habere.

παλαιῶν πραξέων μέμνησται. εὖ δὲ τὰς παρούσας ἥδονας πρήσσοντες, δι' ἐμὲ φίλοι μὲν θεοῖς ὄντες, ἀγαπητοὶ δὲ φίλοισι, τίμιοι δὲ πατρίδι. ὅτ' ἂν δ' ἔλθῃ τὸ πεπρωμένον τέλος, ἃ μὴ λήθης ἄτμοι κεῖνται, ἀλλὰ μὴ μνήμης τὸν ἀεὶ χρόνον ὑμνήσουσι θάλλοισι. τοιαῦτά σοι ὦ παῖ τικέων ἀγαθῶν Ηράκλεις, ἔξεστι ἀφθονα μάλα, τὴν μακαριστοτάτην εὐδαιμονίαν κεκτῆσθαι.

NOTÆ.

P*Ag.* 5. *l.* 19] *Præter communiorem Capitum diviſionem, alteram uncis incluſum adjecimus, ex antiquo Codice MS. in Bibliotheca* Coll. Novi Oxon. *reperto, qui ex libris erat Cardinalis* Poli, *uti ex ejuſdem inſcriptione conſtat.*

P. 34. *l.* 14. Οἱ ἐξίσαλις ᾧ ναῖ ἢ ἐ βοηθήσαι, ᾧ ἀναγκαῖον τῷ φίλῳ.] Duo Delphos perituri in latrones inciderunt, è quibus cum alter interficeretur, alter fuga elapſus, aut alioqui non opitulatus, ad Oraculum venit, è quo eum ejecit Apollo his verbis.

Αὐδὴ φίλῳ θνήσκοντι παρὼν πάλας οὐκ ἐπαμύνας
Ἡλύθης ἐ κρυερὸς, ἀθανάτοισι θεοῖς σπυθῶν.
Cede meis adytis cædis reus, intereuntem
Qui Socium non juveris etſi proximus eſſes. Simp.

P. 42. *l.* 14. Ως τὸ ἡμέρα ἐσὶ ἢ νὺξ ἐσὶ, &c.] Sicut propoſitio hæc, *aut dies eſt, aut nox eſt*, in disjunctione valet, & abſolute vera eſt, in complexione autem, uti ſi dixero *nunc temporis dies eſt*, aut, *nunc temporis nox eſt*, non valet, nimirum quia utraque propoſitio falſa eſſe poterit: ita & hoc, *aut edendum eſt, aut non eſt edendum*, veriſſimum eſt, nec quiſquam, ſive multum, ſive parum edat, contra mores & honeſtatem peccat; quia utrobique forſan ſanitati ſuæ conſulit: at in convivio, adjunctis ſc. circumſtantiis, in utroque caſu facile quis erraverit; nam ſi modice edat, corpori forſan ſuo, ſi liberius, convivatori injurius erit: & aut ſanitas corporis aut convivii communitas periclitabitur.

P. 49. *l.* 11. Ἤρχοντο ἀφ' ἑαυτὸν ἕκλόμβοι, &c.]

&c.] Socrates cum à vecordibus quibuſdam contemneretur, qui ab eo ſe aliis præceptoribus commendari volebant, eos abduxit, & Sophiſtis commendabat; ſicut Hippocratem Apollodori filium Protagoræ &c. *Simplicius.*

Theophr. Pag. 5. *l.* 19. Ὁ ὑ ἑρων.] Nomine ἑρωνος hoc in loco intelligi videtur, is qui operam dat ut eos, quibuſcum verſatur, per mendacia decipiat: quique egregie ſibi placet, ubi aut dictis aut factis aliorum ſpem & expectationem jocoſe (uti ſibi videtur) fefellerit.

P. 6. *l.* 4. Καὶ τοῖς ξυντυχάνειν, &c.] Si aliquis eum adeat de re ſeriâ conſulturus, ſibi non vacare ſimulabit, negotiis utique implicito; adeoque jubebit eum tempore magis opportuno redire. Quin & huc referri debent ea quæ paulo infra ſequuntur, ἄρτι παρεσκευάσθαι, ὀψὲ γὰρ ἰοῦσῃ, μαλακιδίου. iis enim & ſimilibus mendaciis ſeſe excuſare ſatagit, hominemque ludos facit.

P. 6. *l.* 9. Καὶ πρὸς τὰς δανειζομένους, &c.] Pecuniam ab eo mutuo rogantibus, aut ἔργιον ſive ſtipem collatitiam petentibus, reſpondet ille quaſi eorum verba non accepiſſet, in officina ſua nullas iſtiuſmodi merces vœnales proſtare. E contra, cum nihil habeat quod vendat, merces aliquas quas viliori pretio vendere queat, ſibi præſto eſſe narrat; nimirum ut animos ſpe lucri erectos deprimat, hominumque expectationem fruſtretur.

P. 6. *l.* 9. Καὶ ἐρανίζοντας.] Moris erat apud Athenienſes, ut amicos ſuos adversâ fortunâ utentes nummis collatitiis ſublevarent; qui tamen non prorſus gratuito dabantur, ſed ea lege, ut ſi quando blandior fortuna arriſerit, eadem ſumma perſolveretur.

P. 10. *l.* 13. Τὰ ὀκ γυναικείᾳ ἀγορᾷ; διακ. δίων.

ἀστυ.] Adulator iſte in minutis ac ſordidis negotiis ſedulus ac feſtinus, per forum muliebre (quale Athenis fuit, ubi minuta vaſa, & eſcaria forſan ac olera vœnirent) aſſidue diſcurrit, & officioſum ſe præſtat.

P. 12. *l.* 18. Θάλατταν εἰς] Διονυσίων τελούμεν εἰναι.] Plura Dionyſia Athenis celebrantur, alia in urbe ſub initium veris, de quibus hic loquitur; alia in agris tempore autumni, quæ infra Ποσειδεῶνος Διονύσια appellantur.

P. 13. *l.* 21. Καὶ ὡς Δαμωνίππης μυσηρίοις &c.] Cum myſteria nocte peragerentur, videtur æmulatio quædam fuiſſe, quiſnam maximam facem accenderet.

P. 13. *l.* 22. Καὶ πάσαι εἰσὶ κίονες ἐν Ωδείῳ.] Erat Odæum locus columnis plurimis adornatus, in quo muſici ſeſe in arte ſua exercebant.

P. 14. *l.* 1. Καὶ ὡς Βοηδρομιῶνος μὴν ἐστι τὰ μυστήρια.] In Septembri auſpicabantur myſteria per novem dies celebrata, primus dictus erat ἄγυρμος &c. vide *Archeol. Attic. lib.* 2. *cap.* 10.

P. 14. *l.* 3. Πυανεψιῶνος δὲ Ἀπατούρια.] Erant *Apaturia* feſtum publicum Athenis quatuor dierum ſpatio durans: primus dies δορπία dicebatur, ſecundus ἀναῤῥύσεις, tertius κυρίως, quartus ἔπιδεῖα. *Heſych.*

P. 17. *l.* 15. Καὶ ὡς ἂν κατακλαίωσι ἱρωπῆσι, &c.] Sicuti apud Romanos vulgus nihil magis in votis habebat, quam *panem & Circenſes*, ita ruſticus hic non tantum de veſtitu ciboque, ſed & de ludis ſollicitus, quærit an ii novam lunam adducerent: ruſticiſſime ſane, quaſi lunæ vices à feſtis dependerent.

P. 17. *l.* 18. Καὶ εἰπεῖν ὑμῖν ὅτι βούλεται, &c.] Ruſticis etiam noſtris ſolenne eſt, feſtis tantum diebus elegantiæ conſulere, ſuaſque barbas deponere. *Deſcendit* autem vel ab equo ſuo, vel in urbem.

P. 17.

P. 17. *l.* 19. Καὶ ὁ βαλανεῖον δὲ ᾄσῃ, &c.] Seneca de balnei tumultu & clamoribus loquens, *adjice*, inquit, *ſcordalum, & furem deprehenſum, & eum cui vox ſua in balneo placet.*

P. 17. *l.* 20. Καὶ αὐτῆς ὀδὼ παρῶν.] Maluit iſte cum caſu vel ex negotio ante Archiæ falſamentarii officinam tranſiret, ſalſamenta emere ac ſecum auferre, quod parum erat honeſtum, quam aliquem poſtea famulum domo mittere, qui emat & afferat.

P. 18. *l.* 15. Φῆσαι σὺκα ὀμφιόπερρα εἶναι τῷ πατρί.] Notanda hic eſt βραχυλογία, dicendum enim eſſet ἢ σῦκα σύκων.

P. 18. *l.* 18. Καὶ λίχνων ἄσχολον, πίλικυς.] Videtur quod infantibus iſtis nominet crepundia ex eorum collis dependentia ad ſimilitudinem ſecuris & utris efficta.

P. 18. *l.* 23. Πρὸς τὰς τραπέζας εὐδοκιμούντων.] Ubi verſari ſolent cives honeſtiores & ditiores, vult enim iſte cenſeri inter meliores.

P. 18. *l.* 24. Οὗ ἂν ἴφιθοι γυμνάζωνται.] Quidam Athenienſes inani gloria accenſi in illis ut plurimum locis verſari ſolebant, ubi ſe adoleſcentes exercebant, quo ab illis nempe conſpici poſſint, & juniorum oculos in ſe converterent.

P. 21. *l.* 6. Αμίλει δὲ &c.] Ea nimirum quæ in ſuo genere præſtantiſſima habebantur, & Athenienſibus in deliciis erant, ad oſtentandam magnificentiam emptitare ſolet.

P. 21. *l.* 14. Καὶ αὐτὸς ὁ ταῖς ἐπιδείξεσι, &c.] Notum eſt divites olim ædes ſuas poetis aliiſque ad recitationes & ἐπιδείξεις commodare ſolitos; hic autem placendi ſtudioſus inter recitandum narrat ſpectatori cuidam rei ignaro, alterum è ſpectatoribus verum eſſe earundem ædium poſſeſſorem, nimirum vel ut ipſi ſupparaſitaretur, vel ut novum oſtentationis

tationis genus profiteretur, quæ ſua erant alteri tribuendo: ſic locum hunc explicat Caſaubonus. Videntur tamen verba alterum ſenſum commodiorem admittere, & εἰπεῖν ἐπὶ τῷ θεωμένῳ πρὸς ἕτερον reddi poſſe, coram ſpectatoribus ad aliquem dicere ὅτι τύπτει ἢ παλαίστρας, *i. e.* ipſius recitantis, quem adeo demerere ſtudet, ut eum non ædes mutuo accepiſſe, ſed & ipſarum dominum eſſe affirmet.

P. 22. *l.* 8. Ὀρχεῖσθαι νήφων τὴν κόρδακα.] Erat cordax comicum ſaltandi genus, in quo laſcivis & obſcœnis geſtibus utebantur.

P. 22. *l.* 10. Καὶ ἐν θεάτροις δὲ τοὺς χαλκοῦς ὀκλάζειν.] Solebant nempe in ſpectaculis ſuis, θεατροπαῖοι, præſtigiatores (cujuſmodi erant mimi, funambuli, neuroſpaſtæ &c.) à ſingulis ſpectatoribus poſtquam conſediſſent χαλκοῦς ſive exigui pretii nummulos pro lucare exigere.

P. 22. *l.* 11. Σύμβολον φέρουσι.] Teſſeram intelligit à præſtigiatoribus, qua oſtenſa, aditus in ſpectacula paterer.

P. 22. *l.* 18. Καὶ ἔστιν οἳ ἂν τύχωσι δέξει τῶν παρόντων, &c.] Eo nempe more quo remiges noſtri convitia obviis quibuſcunque indiſcriminatim ingerere ſolent.

P. 25. *l.* 7. Ἐχῖνον] erat ἐχῖνος vas quoddam in quod teſtium dicta, acta litis, omniaque à partibus prolata conjiciebantur, apudque ſequeſtrum deponebantur, donec palam in judicium prolata eſſent ad ſententiam ferendam.

P. 25. *l.* 10. Καὶ τὴν δραχμῆς τόκον τρία ἡμιωβόλια τὴν ἡμέραν πεμπτεῖσθαι.] Drachma Attica ſex obolis conſtabat, ac proinde uſura quam hic ἡμερομισθίου exigit, erat quarta pars ipſius depoſiti; quod hoc pacto intra quatuor dies totum exederetur.

P. 25.

P. 25. l. 13. Καὶ τὰς πύκνας ἀπὸ τῶ ἐμπολήματος εἰς τὸν γναθὸν ἐκλίγαν.] Athenienſes inferioris notæ quicquid nummorum in foro acciperent, in os ingerebant, forte propter emptorientium turbam, non dato iis ſpatio aperiendi crumenam, quod & inter noſtrates fieri aſſolet.

P. 26. l. 20. Τὸν ἐπ' Ἀρταξάρξου γενομένην τῶν ῥητόρων μάχην.] Intelligit inclytam illam pugnam ad Arbelam pugnatam, quam etſi conſtet priore anno contigiſſe, prætore non Ariſtophonte ſed Ariſtophane, tamen vulgus Athenienſium anno illi qui Ariſtophontem prætorem habuit, illam aſcripſit: vel quod revera cædes Darii in quo victoriæ ſumma erat, in annum illum incidit, ſicut ait Arrianus; vel quia ut diſerte notat Diodorus, cum ejus victoriæ fama in Græciam pervenit jam Archon erat Ariſtophanes, orator ille Athenienſis vix ipſi Demoſtheni ſecundus.

P. 30. l. 5. Ὡς Πολυσπέρχων τὴν ὁ βασιλεὺς, &c.] Cura regni & Arridæi (regiæ ſobolis) delata erat ab Antipatro moriente ad Polyſperchontem, unde inter eum & Caſſandrum Antipatri filium imprimis inimicitiæ & deinde bellum ortum eſt.

P. 41. l. 12. Καὶ ἐπὶ θέαν ἰένιχα ἂν δίκη, &c.] Finitis jam pene ludis cuilibet permiſſum erat Theatrum ingredi, uti in Theatris noſtris fieri ſolet.

P. 45. l. 10. Ὀρχησάμενον ἄψοδα ἐπαίρειν.] Cum bene ſaturi ac bene poti eſſent, animum ad ſaltandum appellabant. Supra nota erat ἀπονηφαλίους ſiccum & nondum vino plenum ſaltare.

P. 46. l. 14. Πολλάκις πρόπερον ὀμόμοκα.] Sic juramenti mox ſuſcipiendi vim imprudenter imminuit: probabile enim eſt eum, qui ſæpius

pius juraverit haud magni facere juramentum.

P. 49. l. 7. Δακρύσαι εἰπεῖν, ἀχαθῇ τύχῃ.] Contrarium oportuit, aut molestè fero, absurde igitur formulam usurpat, cujus usus solummodo in re læta.

P. 49. l. 9. Μάρτυρας παρελαβεῖν.] Quos adhibere tunc tantum debuit cum nummos persolveret, aut mutuo daret, nempe ne illi quibus persolvit inficias forte irent se numeratam summam accepisse.

P. 49. l. 15. Ηδυχε τὸν ἄστρων νομίζειν. &c.] Locum hunc prorsus conclamatum dicit Casaubonus: videtur tamen in hunc modum restitui posse ὅπ δὲ χ̣ οἱ ἄλλοι λέγεζι ὤλετο πίσπ. Jovi scil. gratias agit pro pluvia quæ copiose adeo deciderat ut prata omnia aquis tegerentur: est enim πίσος & πῖσος locus irriguus pratum.

P. 49. l. 19. Οσοι ἐμοὶ χ̣ σοὶ γέγοιντο.] Lingua tardam hominis mentem præcurrit. Cum enim proverbialis esset loquutio de iis quorum copiam indicare volebant, tot esse quot sunt in orco mortui, stupidus iste postquam audit magnum esse mortuorum numerum, optat tantam sibi copiam, non mortuorum, sed alius cujusvis rei bonæ, puta nummorum &c.

P. 50. l. 10 Καὶ πέμπωζιν εἰς τὰς ἑορτάς.] Erat olim divini cultus pars deorum festis solennibus interesse, adeoque religiosiores non festa tantum urbis in qua habitabant observare solebant, verum etiam ad alia urbium aliarum festa solennia cum muneribus accurrebant. Contra iste factum eorum ridet, & ait, non esse tanti.

P. 53 l. 6. Δάφνης εἰς τὸ σέμνα λαβόν.] Quemadmodum Romani, sic & Græci omnibus suffitionibus laurum adhibebant. Moris præterea fuit Græcis baculum laureum præ manibus

nibus habere tanquam ἀλεξίκακον φάρμακον, ut ait Suidas, quod crederent lauro ineſſe vim quandam malum averruncandi.

P. 53. *l.* 8. Ἐὰν παρακρούσωμαι &c.] Quod γαλῆ malum augurium faceret inter alias hæc quoque cauſa affertur, quod ſit δίκην ἰψόψηφος, ſi enim literæ utriuſque dictionis ad calculum vocentur, redibit par ſumma 42.

P. 53. *l.* 9. Ἐως διεξέλθῃ τις, &c.] Qui videlicet omen luat, & quod malum portendebat felis tranſcurſus, id ipſe ſubeat.

P. 53. *l.* 9. Ἡλίθιος πρὸς ὑπὲρ τὸ ὀδοῦ λίθοι βάλλων.] Putarunt veteres cum aliquod triſte ſignum apparuiſſet, poſſe id facile eludi, ſi vel verbis vel aliquo facto indicarent ſe omen non accipere, ſed abominari. Ipſe igitur conſpectâ fele tres lapides in eam jacit, ut malum quod videbatur portendi, id in ipſius ſelis caput ſe hoc pacto rejicere teſtaretur.

P. 54. *l.* 3. Πρὸς τὰς Ὀρφεοτελεστὰς, &c.] Orpheus genus quoddam initiorum in Græciam invexit, quod Ὀρφικὰς τελετὰς vocabant, & qui illa docerent Ὀρφεοτελεστὰς, ait autem κατὰ μῆνα quia circa finem cujuſque menſis videntur ſoliti initiari Athenienſes.

P. 54. *l.* 6. Σκίλλαν ἢ σκύλακι κυλίσαι αὐτὸν περικαθάραι.] Tangit duplicem veterum conſuetudinem expiandi luſtrandique ſe, altera erat circumacta circa corpus ſcilla, altera catulo ſimiliter circa corpus ducto, eamque luſtrationem vocabant περισκυλακισμόν.

P. 62. *l.* 12. Καὶ τὴν μὲν κόμην κείραι ἀπαγαγὼν Δελφούς.] Et Græci & Romani comam ſuam ad pubertatis annos alebant Deo alicui conſecratam, quam, ubi tonderentur, in ejus Dei templo ponebant.

P. 65. *l.* 14. Οἷον νικῶσας τραγῳδοῖς, &c.] Erat tragœdia Libero patri dicata ut Apollini comœdia.

P. 65.

P. 65. l. 19. Τῆ μὲ ἱερείᾳ πολλὰ τῶ ἱερείων.] Illiberalis hic de eâ re quam aris dum admoverat victima, tantum sibi perire finit, quantum sit necessario adolendum aut aliter diis offerendum (coxam scil. aut intestina, aut aliud non magnæ rei) cæteras carnes victimæ in proprium usum convertit, venditve.

P. 65. l. 20. Τὸν τὸ Δεκηλέους ἐν τοῖς γάμοις οἰκέτην μιθώσαντος.] Mos fuit parcorum hominum cum nuptias celebrarent opera & ministerio uti adjutorum & adjutricum, hoc est qui suo cibo (ut loquitur *Plautus*) ministrarent, vel ut idem alibi, suo sumptu & cibo vescerentur.

P. 65. l. 22. Τὰ δ' νυσιηρήτου τρώματα, &c.] Trierarcho suus erat locus ad navis puppim, ubi in suis stragulis quiescebat, illiberalis autem iste cum reliquis promiscue in transtris cubat & gubernatoris utitur stragulis, quæ solent esse vilia & utplurimum segestria aut segetes.

P. 66 l. 14. Ἐν τῷ Δείγματι ἐρημὸς, &c.] Digma appellabatur locus in Pyræo, ubi Peregrini mercatores suarum mercium δῶγμα & specimen producebant.

P. 69. l. 3. Καὶ διδομένης αὐτῷ ἐξαγωγῆς, &c.] Quorundam mercium exportatio Atheniensium legibus prohibebatur, quæ propterea ἀπόρρητα vocabant: imprimis autem quæ ad navium fabricationem pertinebant.

P. 69. l. 9. Καὶ πόσον αὐτὸς καθ' ἑξακοσίας καθ' μίαν.] Hoc est sexcentos homines solet figillatim nominare quorum singulis aliquid erogavit, atque hac ratione efficere, ut cum æra omnia in unum colligantur, ex ea supputatione summa nascatur decem talentorum.

FINIS.